This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Arch. Bibl.
IV
5

BIBLIOTHECA HISTORICA

INSTRUCTA

A

B. BURCARDO GOTTHELF STRUVIO

AUCTA

A

B. CHRISTI. GOTTLIEB BUDERO

NUNC VERO

A

IOANNE GEORGIO MEUSELIO

ITA DIGESTA, AMPLIFICATA ET EMENDATA,

UT PAENE NOVUM OPUS

VIDERI POSSIT.

Voluminis VI Pars I.

LIPSIAE,

SVMTV LIBRARIAE WEIDMANNIANAE.

M D C C X C I I I.

258. l. 166.

§. V.
Scriptores de regno Granatae . . pag. 190
§. VI.
Scriptores de regno Valentiae . . 196
§. VII.
Scriptores de regno Murciae . . 201
§. VIII.
Scriptores de Andaluſia ſ. Vandalitia . 202
§. IX.
Scriptores de inſulis Balearicis.
A. Scriptores generales . . 203
B. Scriptores ſpeciales.
a. De inſula Maiorica . 207
b. De inſula Minorica . 208
§. X.
Scriptores de principatu Cataloniae . 212
Scriptores de turbis per violationem privilegiorum in Cataloniae Principatu a. 1640 excitatis 224
§. XI.
Scriptores de regno Galaeciae . 231
§. XII.
Scriptores de principatu Aſturiae . 232
§. XIII.
Scriptores de regno Navarrae . 233
Sectio VI.
Scriptores, qui regum ſingulorum res geſtas et illuſtrium eventuum narrationes tradiderunt.
§. I.
Scriptores de regibus Caſtellae . . 238
Alphonſus VII . . 241
Alphonſus VIII . . 242
Ferdinandus III ſ. Sanctus . . 243
Alphonſus X . . . 245
Sanctius IV . . . ibid.
Ferdinandus IV . . ibid.
Alphonſus XI . . . ibid.
Petrus . . . 246
Henricus III . . 248
Johannes II . . ibid.
Henricus IV . . 250
§. III.
Scriptores de regibus Aragoniae.
A. Scriptores generales . . 251
B. Scriptores ſpeciales.

Jaco-

Jacobus I - - pag. 251
Petrus III - - 254
Ferdinandus I - - ibid.
Alphonſus V - - 257

§. IV.

Scriptores de regibus Navarrae - 262

§. V.

Scriptores de regibus *Ferdinando* et *Iſabella*, quorum nuptiis in unum corpus coaluerunt diviſa Caſtellae et Aragoniae regna atque provinciae - - 263

§. VI.

Carolus I, inter Imperatores Germaniae V.
A. Scriptores generales - 269
B. Scriptores ſpeciales - 278

§. VII.

Philippus II.
A. Scriptores generales - 285
B. Scriptores ſpeciales - 290
C. Scriptores de pace ad Pyrenaeos montes ſub hoc rege facta - - 291

§. VIII.

Philippus III.
A. Scriptores generales - 293
B. Scriptores ſpeciales - 295
C. Scriptores de expulſione Moriſcorum ſub hoc rege - - - 297

§. IX.

Philippus IV.
A. Scriptores generales - 301
B. Scriptores ſpeciales. - 303

§. X.

Carolus II. - - 303

§. XI.

Scriptores de rebus ob ſucceſſionem in regnum Hiſpaniarum initio ſaeculi XVIII geſtis.
I. Scriptores generales - 308
II. Scriptores ſpeciales.
1. *Pro domo Auſtriaca* - 317
2. *Pro domo Borbonica* - 321
3. *Scriptores ſpeciales de bello ob ſucceſſionem iſtam geſto* - - 324
4. *Scriptores de pace Ultrajectina, et de negotiis, quae eandem praeceſſerunt* - 329

§. XII.

Philippus V . . . pag. 331

§. XIII.

Ludovicus . . . 335

§. XIV.

Carolus III . . . ibid.

Sectio VII.

Scriptores de vitis reginarum et virorum illuſtrium.

§. I.

Scriptores generales . . . 336

§. II.

Scriptores de reginis Hiſpanis ſpeciales.

Urraca, filia Alphonſi VI, regis Caſtellae, et poſt eius mortem regina Caſtellana - ibid.

Sanctia Alphonſa, filia Alphonſi IX, regis Legionis 337

Margaretha, Philippi III coniux - ibid.

Iſabella, Philippi IV coniux prior - 338

Eliſabetha Farneſia, Philippi V coniux poſterior ibid.

§. III.

Scriptores de viris illuſtribus.

I. Scriptores generales - ibid.

II. Scriptores ſpeciales. - 339

Ferdinandus Gundiſalvus ſ. Gonzalez, Comes Caſtellae caet. heros Hiſpanus ſaeculi X ibid.

Rodericus Diaz de Vivar, vulgo *el Cid*. ſ. heros dictus - - - 340

Alvaro de Luna, Johannis II, regis Caſtellani, Conſiliarius princeps - 341

Andreas de Cabrera, primus Marchio *de Moya* ibid.

Aegidius de Albornoz, Cardinalis Romanae eccleſiae 342

Petrus Gundiſalvus de Mendoza, Cardinalis Rom. eccl. 343

Ferdinandus Cortes - - ibid.

Gundiſalvus Fernandez de Corduba - - ibid.

Franciſcus Ximenes - - 344

Ferdinandus Alvarez Toletanus, Dux de *Alba* 352

Antonius Perrenot de Granvella, Cardinalis et Philippi II, Regis Hiſp. ſupremus adminiſter 354

Ferdinandus de Avalos, Marchio de *Peſcara*, Caroli V dux bellicus - 356

Garſias Hurtado de Mendoza, Dux bellicus ſaeculi XVI claros - - 357

Antonius de Zuñiga, Dux ſupremus copiarum Hiſpanicarum in Luſitania, Philippo II regnante ibid.

Johan-

Johannes ab Auſtria I, Caroli V Imp. filius naturalis p. 357
Carolus, Philippi II filius - 358
Antonius Perez, Philippo II a ſecretis epiſtolis 360
Petrus, Dux de Oſſuna, pro rege Philippo III regnum Neapolitanum et Sicilianum adminiſtrans 361
Alphonſus de Soto Mayor, Philippi II et III dux bellicus ib.
Comes Dux de Olivarez - ibid.
Johannes ab Auſtria II, Philippi IV filius naturalis 362
Julius Alberoni, Cardinalis eccleſiae Romanae et Philippi V Adminiſter - 363
Dux de Ripperda - - 365

Sectio VIII.

Scriptores de rebus ab Hiſpanis in Africa, Aſia et America geſtis - 366

Sectio IX.

Scriptores de ſtatu Hiſpaniae politico.

§. I.

Scriptores generales - - 367

§. II.

Scriptores ſpeciales de hominum numero in Hiſpania 377

§. III.

Scriptores de moribus ritibusque Hiſpanorum 378

§. IV.

Scriptores de dignitate et praeſtantia regni et regis Hiſpaniarum, ac de ſucceſſione regni 380

§. V.

Scriptores de nobilitate Hiſpanica.

I. Scriptores generales - - - 385
II. Scriptores ſpeciales de ſingulis Hiſpanorum familiis nobilibus ordine alphabetico 399

§. VI.

Scriptores de ordinibus equeſtribus.

I. Scriptores generales - 435
II. Scriptores ſpeciales - - 438

§. VII.

Scriptores de re litteraria - 442

§. VIII.

Scriptores de re iudiciaria - 450

§. IX.

Scriptores de re mercatoria - 453

§. X.

Scriptores de re monetaria - 455

§. XI.

Scriptores de adminiſtratione reditnum - 458

§. XII.

§. XII.

Scriptores de re militari - - pag. 458

Sectio X.

Scriptores de rebus Hiſpaniae eccleſiaſticis

§. I.

Scriptores generales - - 459

§. II.

Scriptores de archiepiſcopatibus et epiſcopatibus Hiſpaniae, ordine alphabetico - 486

§. III.

Scriptores de tribunali Hiſpaniae, quod *Inquiſitionem* vocant - - 493

§. IV.

Scriptores de monaſterio Eſcorialenſi - 498

§. V.

Varia - - - 503

Sectio XI.

Scriptores de rebus variis ſive miſcellis. 505

BIBLIO-

BIBLIOTHECA HISTORICA.

CONTINUATIONIS TERTIAE

CAPUT II.

SCRIPTORES DE REBUS HISPANICIS.

SECTIO I.

Scriptores de hiſtoricis Hiſpanicis.

VALERII ANDREAE, *Taxandri* (alias *Deſſelii*) *Juris utriusque Doctoris et Profeſſoris atque Bibliothecarii in univerſitate litterarum Lovanienſi*, † paullo poſt annum 1643. Catalogus clarorum Hiſpaniae ſcriptorum, qui Latine diſciplinas omnes Humanitatis, Jurisprudentiae, Philoſophiae, Medicinae ac Theologiae illuſtrando etiam trans Pyrenaeos evulgati ſunt. Nunc primum ex omnibus nundinarum catalogis ac bibliothecis diligenter collectus. *Moguntiae*, ex Typographeo Balthaſaris. Lippii 1607. 4. — Ante Andream iſtum quidem LUCIUS MARINEUS *Siculus*, et ALPHONSUS GARSIAS Andreas.

MATAMORUS *Hiſpalenſis*, prior in libro *de laudibus Hiſpaniae*, de quo nos infra, poſterior in opere *de academiis et doctis Hiſpaniae viris*, *ſive pro aſſerenda Hiſpanorum eruditione, narratione apologetica*, non tantum hiſtoricos, ſed Scriptores Hiſpanos in univerſum, celebraruht: neuter tamen ad bibliothecae formam ſcriptores omnes, ſed pauciſſimos absque omni accuratiore librorum ab iis editorum mentione, in commentarios retulit. Animadvertit hunc defectum *Andreas Schotius*, cui tunc temporis a manu fuit Andreas, atque hunc ipſum ad catalogum iſtum elaborandum ſuſcitavit, eo quidem conſilio, ut excitarentur Hiſpani ad ſuppeditanda ipſi ſubſidia, locupletandae bibliothecae Hiſpanicae cauſſa, quam Schottus meditabatur. Sunt etiam, qui putent, Schottum ipſum hunc catalogum, tanquam praecurſorem operis exactioris, et in finem modo commemoratum, compoſuiſſe, eumque quaſi fama ſua indignum ſub Andreae nomine evulgaſſe. Andreas certe in catalogo librorum a ſe ſcriptorum, quem in Bibliotheca ſua Belgica exhibet, huius libelli haud meminit. Nec negandum, catalogum iſtum, ſecundum alphabeti ordinem collocatum, hodieque rarum, inopem eſſe atque mancum, nuda tantum nomina, eaque ſaepius corrupta, ſiſtere, ſolosque ſcriptores Hiſpanos, qui lingua Latina uſi ſunt, caeterum cuiuscunque generis, comprehendere.

Cf. NICOLAI ANTONII Bibl. Hiſp. vetus in Praefatione pag. XXX. ſq.

Hamburgiſche Bibl. hiſt. Cent. VIII. p. 1 ſq.

CLEMENT *Bibliotheque curieuſe* etc. T. I. p. 318.

STRUVII et JUGLERI Bibl. hiſt. litter. T. II. p. 1213.

(ANDRE-

(ANDREAE SCHOTTI) Hispaniae bibliotheca Tomis III. distincta (*qui tamen mediocre tantum volumen efficiunt*). Francof. ad Moen. 1608. 4. Schott.
Nomen suum editor non apposuit, sed ita solum subscripsit dedicationi: *A. S. Peregrinus.* In huius libri hodie perrari tomo primo agitur de Hispaniae religione, academiis, bibliothecis, episcopatibus, conciliis ecclesiasticis, et de regibus Gothicis, qui olim Hispaniam rexerunt. Tomo *secundo* de omnium ordinum eruditis, separatisque decem classibus, Dominicani, Franciscani, Carmelitae, Eremitae et Jesuitae, Jure Consulti item, Medici, Poetae, Historici, feminaeque litteris claraé, describuntur, facta etiam librorum mentione, sed ea nec integra, nec annotatione loci temporisque, quo prodierunt, distincta. Appendix huius tomi sistit *iudicium de legitimis Hispaniae historicis*, hoc est, de Berosi et similium editis ab Annio Viterbiensi operibus, *Joannis Goropii Becani* ex libro Antverpiensium originum quarto fragimentum, *Gasparisque Barreiri* de his censuram ex Lusitano idiomate in Latinum ab eodem Schotto translatam. *Tertio* tomo Elogia doctorum virorum secundum provincias continentur, ita quidem, ut iunctim recenseantur eruditi Lusitanorum, Castellanorum, Aragonum caet. Post haec *Itinerarium* sequitur *Didaci Lopezii Stunicae* ab oppido Complutensi usque ad urbem Romam; appendix, ab huius operis natura prorsus aliena, cuius generis et alia, cum repetitionibus superfluis, ut et lacunis, occurrunt.

Cf. NIC. ANTONIUS l. c. p. XXXI.
Hamburg. Bibl. hist. l. c. p. 2 sqq.
STRUVII et JUGLERI Bibl. hist. litter. Tom. II. pag. 1213 seq.

tegritatis opinione. Ibidem ab Alexandro VII. Pontifice, Canonici eccleſiae Hiſpalenſis dignitate auctus eſt, atque bibliothecam inſignem inſtruxit, usque ad triginta circiter millia voluminum. Ex Italia tandem revocatus eſt in Hiſpaniam a Carolo II, qui eum conſiliariis regiis adſcripſit; horum ſocietati interfuit usque ad a. 1684, quo vita deceſſit, libris, non divitiis abundans, quippe multum aeris alieni contraxit. Occaſionem Bibliothecae Hiſpanicae ſuſcipiendae dedit theſaurus librorum inſtructiſſimus *Benedicti de la Serna*, Abbatis Carmonenſis, in cujus villa ſuburbana prope Hiſpalim, peſtilentis huis cauſſa deſertam, quum degeret a. 1649 Antonius, primarum eiusdem linearum ducendarum initium fecit. Continuavit deinceps Romae inter graviſſima negotia et indefeſſo tandem labore ad finem perduxit. Novam autem modo Bibliothecam luce donatam vidit: veterem ineditam reliquit. De hac, licet editione ſit poſterior, prius agere placet, ut res litteraria Hiſpaniae, habita quodammodo temporis ratione, adumbretur. Obierat Antonius, uti iam obſervavimus, inopia valde preſſus; unde haeredes bibliothecam veterem ſuis ſumtibus typis mandare non potuerunt. Miſerunt ergo Romam ad *Sarazium*, Cardinalem *de Aguirre*, litterarum et litteratorum fautorem maximum, qui olim Salamanticae Antonium in iurium ſtudio habuerat condiſcipulum. Hic pro eo, quo Antonium vivum complexus fuerat, affectu, ſtatim in officina, in qua praeclarum opus excuderetur, erigenda cogitavit, idque paullo poſt praelo ſubiici iuſſit. Editionis autem curam demandavit librorum ſuorum cuſtodi *Emanueli*

suasi *Marti* *), Valentino-Hispano, viro Graecarum et Latinarum litterarum peritissimo, qui pertinaci admodum studio libro huic edendo et corrigendo invigilavit. Ab hoc quoque additae sunt annotationes breves, quae in margine nonnunquam apparent. Praefixa est tomo priori doctissima ipsius Antonii praefatio, *de Hispanorum doctrina, bibliothecarum utilitate, et proposito hujus operis;* desumta ex Bibliotheca nova, eam forte ob causam, ne haec desideraretur, si quis bibliotheca solum vetere uti vellet. In hac praefatione auctor non solum de Hispanorum in rem litterariam meritis differit, sed etiam totius huius rei συναγωγὴν quandam sistit. Enarrata nempe in paragraphis nonnullis prioribus laude, ut nobis videtur, nimia, quam Hispani ex litterarum studio obtinuerunt, recenset Antonius viros celeberrimos, quos Hispania Romae dedit, doctores christianos, Judaicos gente Hispanos, eosque, qui in Hispania Arabicas litteras illustravere, ut et scriptores, post interiecta magna Hispaniae bella saeculo XIII. florentes. Laudat porro litterarum universitatem Complutensem, a Ximenio fundatam, et Biblia Polyglotta, eius auspiciis ac sumtibus edita. Commendat deinceps Musarum sedem Salamanticensem, atque doctores celebriores, qui eam, aliasve Hispaniae regiones fama sua collustrarunt. Praeterimus praefationis sectionem secundam, in qua de bibliothecarum utilitate ac de consilio auctoris in opere hoc condendo disseritur, et monemus potius, hanc praefationem

*) Nominativus quoque audit *Marti*, non vero *Martini*, ut in bibl. hist. litt. Struvio-Jugleriana. T. II. p. 1215, perhibetur.

noſtro aevo Hiſpanicae redditam, notisque nonnullis atque biographia Antonii auctam prodiiſſe hac inſcriptione: *La literatura Eſpañola demoſtrata por el erudito Don Nicolas Antonio en el prefacio de ſu biblioteca nueva y traducido libremente al Caſtellano con algunas notas, y una noticia de la vida del miſmo D. Nicolas por Don* MANUEL BENITO FIEL DE AGUILAR. En Madrid 1787. 8. Annotationes pauciſſimae nullius ſunt momenti, vitaque Antonii praemiſſa macie laborat. Appendix nomina aliquot eruditarum feminarum Hiſpanicarum laudesque putidas Thereſiae de Jeſu, mulieris fanaticae, continet. Sequitur praefationem *Additio*, in qua *Eman. Martî* nonnulla praefatur, quae ad hanc priorem bibliothecae partem ſpectant, ubi editor potiſſimum affirmat, ſe id praeſertim caviſſe, ne concepta auctoris verba vel in re minima mutaret. Succedunt *Anonymi* Monita quaedam ad lectorem de opere et ipſius auctore. Praemittitur porro *Index alphabeticus auctorum*, ubi aſteriſcis notantur, qui vel ſunt ſuppoſititii, vel falſo Hiſpaniae tributi. In ipſa hac bibliotheca Antonius non, uti in nova fecit, eum ordinem ſequitur, quem nominum prima elementa ſuppeditant, ſed pro aetatis ratione cuivis ſcriptori locum concedit auctor, ita tamen ut ad finem demum perducta uniuscuiusvis ſaeculi ſcriptorum hiſtoria, iunctim commemoret eos, quos vel perperam Hiſpaniae vindicant, in alieno ortos ſolo, vel nuſpiam alibi, quam in corrupto cerebello ſuo natos male credulis obtrudunt, tum alii, tum in primis ſpuriorum Dextri, Maximi *), Juliani, Luitprandi, Hauberti et aliorum chronicorum architecti. Quos uti quacunque

de Aguilar.

*) Cf. huius bibliothecae Vol. I. P. I. p. 62. ſq.

cunque occasione data severissime impetit, passim etiam nominatim appellato eorum primipilo, *Hieronymo Romano Higuera*, ita peculiare opus Pseudo-Dextri Maximique naeniis explodendis destinasse videtur. Singulorum autem eorum, quos recenset, auctorum non elogia tantum texit, veterumque ac recentiorum de iis testimonia exhibet, sed vitam accurate persequitur, et quicquid in ea obscurum esse poterat, ingenii luce illustrat, dispulsis, quas ei veteratorum fraudes et inepte credulorum superstitio affuderat, tenebris. Hinc scripta diligenter omnia, tam deperdita, quam communi strage erepta, tam edita, quam in bibliothecarum forulis, delitescentia, percenset; genuina ab iis, quorum suspecta fides est, discernit; denique editiones, versiones in alias linguas, curasque a sequiorum temporum viris doctis iis impensas studiose commemorat. Quumque non minimam partis laudem inter Hispanos mereantur Arabes Ebraeique scriptores, peculiarem *Bibliothecam Arabico-Hispanicam*, et *Hispano-Rabbinicam* adornavit, ita tamen ut eos utriusque gentis scriptores, qui abiuratis erroribus, christianam religionem amplexi sunt, in reliquorum auctorum censum retulerit. Et Arabico-Hispanam quidem bibliothecam quod attinet, ea una cum bibliotheca scriptorum Hispanorum, quorum aetas est incerta, ad calcem tomi secundi attexta comparet: Hispano-Rabbinica autem periit nullaque industria potuit recuperari. Bibliotheca Arabico-Hispana, alphabetico ordine disposita est, quumque arabicis Litteris se se initiatum haud esse, ipsemet non dissimulet Antonius, aliorum opera in ea condenda usus fuit. Brevissimus in plerisque est, et raro admodum aliquid

praeter nomen et ſcripta commemorat. Qu
vi-, ubi plura ad notitiam eius de aliquo pe
nerant, ea invidere lectoribus non ſoleat. ci
rei argumento eſſe poteſt copioſe expoſita A
rois vita. Incerti denique temporis ſcriptor
bibliothecam, quae Arabico-Hiſpanam exci
alio quam alphabetico ordine concinnari
potuiſſe, nemo eſt, qui non facile videat.
p. 274 usque ad 276 habetur: Fragmentum Ch
nici Flavii Marci Dextri, Maximi, Caeſar-A
guſtani Epiſcopi, eiusdem chronici continua
Eutrandi, Ticinenſis Diaconi, chronici
ſuperiorum continuationis fragmentum h. e. G
mana et legitima, ſi quae e Germana et
denſi bibliotheca in Hiſpaniam in ſuperiore
culo transmiſſa ſunt, horum hiſtoricorum
numenta, ex codice, qui Gaſparis Eſcolani
lentini hiſtorici olim fuerat, poſtea D. Joan
a Fonſeca ſereniſſimi deinde Ferdinandi, Hi
niarum Infantis, nunc Eſtenſani Marchionis
bibliotheca aſſervatur, fideliter exſcripta.
Finem tandem facit copioſus rerum memora
lium index.

Hanc bibliothecam veterem, cuius tom
ſecundus ſcriptores ab a. M. usque MD. co
plectitur, praeceſſit nova, quae praefixam
bet eandem a nobis iam commemoratam pr
fationem. Bibliothecam ipſam ſecundum q
dem ordinem alphabeticum, ſed male ſecundi
ſcriptorum praenomina, diſpoſitam, ſequi
Anonymorum notitia; deinde appendix pri
eorum ſcilicet, quae in ſcriptorum elogiis
novo adiiciuntur, aut corriguntur, duplici
ctione conſtans, quarum prima primi volun
nis, altera ſecundi mantiſſa eſt; porro Appe
dix altera eorum ſcilicet ſcriptorum, qui

adiiciuntur; postea Gynaeceum Hispanae
ervae s. de gentis Hispanae foeminis doctri-
laris, ad bibliothecam scriptorum mantissa;
iotheca extero-Hispana tribus partibus con-
: primam componunt exteri homines, qui
ana lingua, sive aliqua ex his, quae in
ania aut India Hispanorum vulgares sunt,
quam scripserunt; secundam, exteri alii
ines, qui in Hispania diu commorati aut
functi scriptis non vulgaris Hispanicae lin-
claruerunt; tertiam denique, alii, qui res
anas commentariis suis attigerunt aut illu-
unt. Succedit *Ad bibliothecam scriptorum*
eius Index liber (sic) *multiplex*, hoc est,
ognominum, quibus quisque appellatur;
triarum, in quibus nati sunt; 3) ordinum
ifficorum, sive secularium 4) sive regula-
, ad quos pertinent; 5) munerum sive eo-
fficorum, 6) sive secularium, quae gesse-
, 7) argumentorum tandem, sive, ut vo-
barbaro nomine, materiarum, de quibus
serunt. Post hos indices Antonii labor in-
ius subiecit: Addenda et corrigenda in his
toribus, quorum in bibliotheca et appen-
us mentio est habita. Quibus adiecta: No-
ma scriptorum Hispanorum post bibliothe-
cum appendicibus eius absolutam visorum
ectio. Coronam totius operis tandem im-
t *Lamentatio authoris* de eo, quod sibi non
erit viros doctrina etiam celebratissimos,
is tamen libris editis orbi litterarum ostend
huic bibliothecae sistere; id quod exem-
tribus clarissimorum litteris et omnimoda
ute hominum confirmat, quos merita laude
rim donatos dimittit. Sunt autem hi: *Fran-*
s *Ximenes de Cisneros*, Cardinalis et Archie-
piſco-

piſcopus Toletanus, *Honoratus Joannes*, Val tinus, et *Nicolaus Baptiſta*, Carmelita.

Univerſum opus non ſolum magno ſtudio diligentia, verum etiam multo candore eſt c fectum. Auctori enim laus fide digni, ac rati et gravis ſcriptoris non poterit deneg Diligentiae praeclarum dedit documentum, d non ſolum editiones librorum magno num attulit, ſed verſiones quoque in alias ling ſedulo enarravit, nec alia circa libros not digniora prorſus omiſit. Notitiae vero lib rum multae eo ſunt pleniores et accuratior quo magis MStorum quoque codicum ment nem iniecit, et inſcriptiones librorum non ſe per mutilatas, ſed plerumque integras propoſi et quidem eo ſermone, quo eorum auctores ſunt, qua in re Clement, mox commemor dus, iniurius fuit erga Antonium. Neque los Hiſpanos, ſed Luſitanos quoque ſcriptor recenſet. Auctores minimorum etiam libel rum enumerat, nec raro ſcriptores pſeudon mos detegit. Quos non vidit libros, ingen indicat, addito auctore, cuius fide niſus ſcrip rat. Paſſim nimis brevis eſt, in exponenc ſcriptorum vitis. Stilo utitur non quidem omn no puro, neque tamen etiam plane ſordido inquinato, in quo quum nonnulla ab emenda ſcribendi ratione aliena occurrunt, compenſa tur ea largiter multis illis ſingularibus, quae h ſunt congeſta; et fruſtra apud alios quaeruntu Paſſim quidem bibliotheca Antoniana truncat ac depravata videtur: quod vero potius eit cenſoribus, quam auctori tribuamus. Iſti fort etiam impediverunt, quominus Michaelis Se veti *) aliorumve mentio fieret.

Han

*) Qbiter ſolum illius mentio fit, in notitia de *Andrea Strvsea*

Hanc Bibliothecam Antonianam nonnulli Hispani recentioris aevi non solum denuo typis mandare, sed etiam emendare, augere atque continuare voluerunt, v. c. *Andreas Gundisalvus de Barca*, Consiliarius regius, *Santander*, bibliothecarius regius, *Franc. Perezius Bayerius*, Archidiaconus et Canonicus Valentinus, *Emanuel Lanz de Casafonda*: sed nihil huiusmodi, quantum nos scimus, in lucem prodiit. De conatu *Josephi Rodriguez*, qui novo opere litterario desiderium bibliothecae Antonianae quodammodo eximere voluit, postea dicemus.

Cf. Acta Erud. a. 1697. p. 241-254. 297-306.

BAYLE in *Diction.* t. v. *Antonio*.

BERN. A SERLEN Selecta litteraria p. 1-51.

Hamburg. Bibl. hist. Cent. VIII. p. 6-13.

REIMANNI Bibl. hist. litter. T. II. p. 25 sqq.

CLEMENT *Bibl. curieuse* T. I. p. 394-398.

BAUMGARTENII *Nachrichten von merkwürd. Büchern* T. VII. p. 257-261.

STRUVII et JUGLERI Bibl. hist. litt. T. II. p. 1214 sqq.

DIEZE ad Lud. Josephi Velazquez *Geschichte der span. Dichtkunst*. p. 128.

DENIS in *Merkwürdigkeiten der Garell. Bibl.* p. 330 sqq.

GERHARDI ERNESTI DE FRANCKENAU, Equitis Danici, (*circa finem superioris et initium huius saeculi legato Danico in aula Hispanica*, † 1749) Bibliotheca Hispanica historico-genealogico-heraldica. *Lipsiae* 1724. 4. — Omnes redemtorem latuisse videtur hoc opus, utpote quod, ut e p. 79 patet, iam a. 1704 ab auctore elaboratum fuit. Nostri igitur saeculi qui Hispani nulli fere in eodem reperiuntur. de Franckenau.

Prae-

Praefatione quidem caret liber: apparet tan ex ſingulis eius paginis, auctorem ipſum t lum feciſſe *Bibliothecae genealogico-heraldicae*, eoque incongrue in fronte libri additum fu *hiſtorico* caet. Agitur enim de ſcriptoribus nealogicis et heraldicis proprie ſic dictis tius, quam de hiſtoricis. Quis vero non m tur, tantam apud Hiſpanos usque ad ſaeculi ſtri initium genealogicorum et heraldicor copiam deprehendi, ut Franckenavius auctc IↃCCL, ſcripta vero MCCCCLXXXVIIII cc gerit, quae partim publice proſtant, partim nu ſcripta, quorum fere maior quam typis preſſorum copia in bibliothecis et tabulariis conduntur? Quis non miretur, haec omnia l ſtro tam prompte patuiſſe? Laudat in pri p. 295 humanitatem *Ludovici de Salazar el Ca* olim regis Caroli II cubicularii, miniſtri ei demque bibliothecae praefecti, poſtea Caſte chronographi, ac tandem Hiſpaniarum In rumque Hiſtoriographi, ſcriptis genealogi quae Noſter recenſet, inclyti, qui bibliothec ſuam genealogicam, ſeu recenſum CCXXXV ſcriptorum, genealogicas Hiſpaniae res ex nentium, typis, quantum nos ſcimus, nunqu mandatam, communicavit, quo ſe ſtrenue in l opere adiutum lubentiſſime agnoſcit. Inpri vero diligenter uſus eſt inſtructiſſima biblioth Ehrencronii, Legati Danici, cui ab epiſtolis Franckenavius. Scriptores ſecundum ordin alphabeticum, ſed ſecundum ſcriptorum pr nomina, diſpoſiti et in margine, ut et eorun bri, numerati apparent. Auctorum munera i quae geſtae, quantum Franckenavio innotuer breviter exponuntur; librorum inſcriptiones curate maximam partem exhibentur, iudi

haud raro adſperguntur. In fine conſpici- index cognominum et familiarum. Sphalma- n typographicorum copia haud parva laborat r ſat utilis.

f. Acta Erud. a. 1724. p. 272 ſqq.

Biblioteca Valentina. Compueſta por el M. R. P. Fr. JOSEF RODRIGUEZ, *Miniſtro del Real vento del Remedio de Valencia, Croniſta General Orden de la SS. Trinidad en la Provincia de Ara- . Por ſu muerte, interrumpida ſu impreſſion. Agra inuada, y aumentada con el Prologo, y Origi- s del miſmo Autor. Añadidas algunas enmien- , y correcciones como las dexò el Autor entre ſus iginales, con que ſe mejoran muchas lugares de ſu ra. Junta ſe la Continuacion de la miſma Obra, la por el M. R. P. M. Fr.* IGNACIO SAVALLS, *miſmo Orden, Provincial, y nombrado Croniſta a Provincia de Aragon. Dedicada a la M. I. de lencia. En la miſma* (ſcil. Valencia) 17[illegible]. fol. Rodriguez et Savalls.

ctor huius bibliothecae, natus in urbe Valen- a a. 1620, mortuus a. 1703, ipſe opus typis ndaverat usque ad p. 468. Poſt eius mortem perfectum et quaſi ſepultum iacuit in monaſte- quo vixerat. Gregorius Majanſius, illu- s Muſarum Hiſpanarum ſtator, ſaepe auctor t monachis, ut ſupplerent, quae deeſſent, aut em, ut emitterent ex carceribus bibliothe- n Valentinam eo habitu, quo auctor eam reli- rat, praefatione certe praemiſſa: ſed vento, ipſe ait, loquutus erat (v. eius Epiſtolae L. VI. 300). Tandem *Ignatius Savalls*, elusdem or- is ſodalis, abſolvere et in vulgus edere librum greſſus eſt. Sed vix appendicem, usque ad 1710 procedentem, addiderat, ipſe a. 1746 rte abreptus eſt. Perpauca igitur huic con-

tinua-

tinuatori debentur. Nam ipſum ſupplementum de ſcriptoribus nonnullis, qui falſo ab aliis Valentini nuncupantur, aut creduntur, poſt indices collocatum, e Rodrigueſii ſchedis manu ſcriptis compoſitum videtur. Bibliotheca haec ſpecialis Valentina eodem modo eademque forma, qua Antonius Hiſpanam generalem elaboraverat, digeſta eſt. Antonius inter 3743 ſcriptores Hiſpanos 180 tantum Valentinos enumeraverat: Rodriguez contra ſeptingentos, et quod excurrit, produxit. Quibus tamen et ii, qui libros ſolum manu ſcriptos reliquerunt, Antonii quoque more, admixti ſunt. Quae inter hunc gregem de hiſtoricis Valentinis occurrunt, nos pro temporis, quo opere uti licuit, ratione in commodum inſtituti noſtri excerpſimus. Quod etiam de opere ſubſequente valet. *)

Cf. SAVALLS in appendice ad Rodrigueſii bibliothecam p. 484 ſq.

XIMENO in opere ſtatim commemorando T. II. p. 145 ſqq.

Eſcritores del Reyno de Valencia, chronologicamente ordenados deſde el año M. CC. XXXVIII. de la Chriſtiana Conquiſta de la miſma Ciudad, haſta el de M. DCC. XLVII. Por VICENTE XIMENO, *Preſbitero, Doctor en Sagrada Theologia, Beneficiado en la Santa Igleſia Metropolitana de Valencia ſu Patria, y Academico Valenciano.* Tomo I. *contiene los Eſcritores que han florecido haſta el año M. DC. L. y una Noticia Preliminar de los mas Antiguos.* En Valencia, 1747. — Tomo II. *contiene los Eſcritores*

*) Sancta auctoris simplicitas separavit a reliquis popularibus suis doctis et abnegnabis quasi eosdem fecit Sanctos, quos vocant, Pontifices Romanos atque mulieres, e regno Valentino oriundas scriptisque claras.

tores que han florecido deſde el año M.DC.LI. haſta el de M.DCC.XLVIII. y principio de XLIX. y cinco Indices, uno particular de eſte Tomo, y quatro generales á toda la Obra. Ibidem 1749. fol. — Non ordine alphabetico, ut bibliotheca Valentina, modo recenſita, ſed chronologico hoc opus procedere, vel eius inſcriptio docet. Auctor, ut in praefatione affirmat, illud non exaraſſet, ſi Rodrigueſii bibliothecam Valentinianam unquam lucem publicam viſuram eſſe ſpes fuiſſet. Ipſe plagulis auctore vivente typis impreſſis usque ad p. 468, in tomo ſuo primo condendo uſus quidem eſt, nec tamen easdem ad verbum exſcripſit. Ordinem quoque, ut diximus, chronologicum ſecutus, hiſtoriam Valentini regni litterariam fere iuſtam atque perfectam exhibuit; multis inſuper ſcriptoribus, recentioribus maxime, rem ſuam auxit. In prologo praemiſſo diſſerit de ſcriptoribus Valent. antiquioribus, qui nempe ante a. 1270 poſt Chriſtum natum — cum eo enim recenſus ſcriptorum incipit. — floruere. Subiuncti ſunt tomo poſteriori ſcriptores Valentini anonymi ordine itidem chronologico. Quos ſequuntur additiones et emendationes totius operis; poſt adeo appendix additionum; denique quatuor indices. Teſtes narrationis accuratiſſime auctor in margine excitare ſolet.

Specimen bibliothecae Hiſpano-Majanſianae ſive Idea novi catalogi critici operum ſcriptorum Hiſpanorum, quae habet in ſua bibliotheca GEORGIUS MAJANSIUS, generoſus Valentinus. Ex Muſeo *Davidis Clementis.* Hannoverae 1753. 4. — Inſunt quoque utili libello, quae et noſtrum inſtitutum iuvant. Mayans.

Cf. Götting. gel. Anzeig. a. 1753. p. 82-91.

de Caſtro. *Bibliotèca Eſpañola Tomo* primero, *que contiene la noticia de los Eſcritores Rabinos Eſpañoles deſde la Epoca conocida de ſu literatura haſta el preſente. Su Autor D.* JOSEPH RODRIGUEZ DE CASTRO. En Madrid 1781. — *Tomo* ſegundo, *que contiene la Noticia de los Eſcritores gentiles Eſpañoles y la de los Chriſtianos haſta fines del Siglo XIII de la Igleſia.* ibid. 1786. fol. — Auctor operis lentiſſime procedentis eſt amanuenſis bibliothecae regiae Matritenſis. Avunculus eius *Emanuel Lanz de Caſafonda*, qui multa ad augendam Nicolai Antonii bibliothecam Hiſpanam collegerat, auctorem huius operis ad exſequendum conſilium a ſe conceptum excitavit, tradiditque eidem collectanea. In prima parte ſcriptores Rabbini, e Hiſpania oriundi, poſterique eorum, poſt eiectionem ex Hiſpania, ſecundum ſaecula poſt Chriſtum natum, ab undecimo nempe usque ad decimum ſeptimum, enumerantur, libri eorum deſcribuntur, fontesque, e quibus auctor hauſit, indicantur. Quum vero idem editiones et codices manu ſcriptos huius generis raro ipſis ſuis oculis rite uſurpavit; notitiae ex his forulis bibliothecae ſuae partim ſunt mancae, partim non ſatis accuratae; attamen inſunt, quae valde arrident, minimeque in vulgus notae, quibus Wolfii bibliotheca Rabbinica mirum in modum ornari poteſt. Pars ſecunda exhibet ordine quoque chronologico notitias ſcriptorum Romanorum, quorum patria Hiſpania fuerat, gentilium atque chriſtianorum usque ad ſaeculum decimum quartum, ſumma diligentia collectas, bonaeque frugis pleniſſimas. Intexuit auctor excerpta e codicibus manu exaratis, et ex editionibus librorum rarioribus, vel non ſatis cognitis. Utitur quoque in elaboratione operis bibliotheca

Eſco-

Escorialensi. Raro iudicium suum de scriptoribus interponere solet; eo diligentior est in vitis eorum narrandis librisque, quum deperditis, tum superstitibus enumerandis. Nec editiones librorum versionesque silentio praetermittuntur. Recenset auctor quoque scriptores Lusitanos. Additi utrique tomo indices auctorum alphabetici. Frustra hucusque optavimus, ut reliquae etiam partes prodiissent, quippe quae longe maiori usui, quam priores duae, nobis fuissent.

Cf. *Götting. gel. Anzeigen* a. 1788. p. 237 sqq.
Greifswaldische neueste crit. Nachr. a. 1788. p. 353 sq.
Allgemeine Litteratur-Zeitung a. 1788. T. IV. p. 822 sqq.

Noticia y juicio de los más principales Historiadores de España, que a persuasion de la Exc. Señora Doña Maria de Guadalupe, *Alen castre y Cardenas, Duquesa de Aveyro etc. escribió D.* GASPAR IBAÑEZ DE SEGOVIA, PERALTA Y MENDOZA, MARQUÉS DE MONDEJAR etc. *Con algunas Cartas al fin, escritas á dicho Señor Marqués.* En Madrid 1784. 3 min. — In libelli huius capite sive, ut auctor scribit, paragrapho principe differitur brevissime de communi vitio historicorum Hispanorum cum antiquorum tum recentiorum, nempe de credulitate in historia antiquiore condenda ac de usu fabularum anilium et fictorum historicorum, v. c. Annii Viterbiensis, imprudente. In cap. II. iudicium fertur de Josephi Pellicerii apparatu monarchiae Hispanae, secundum quod hocce opus, ut et alii multi huius scriptoris libri, excellunt prae antiquioribus multitudine rerum et actorum undecunque collectorum; destituuntur autem stilo vere historico. Caput tertium sistit sententiam super aliis scriptoribus, qui historiam Hispa- de Mondejar.

niae vetuſtiorem tradere auſi ſunt; omnes fere audacia ſuperare Florianum de Ocampo, quippe qui antiquiſſima, de quibus nihil, certe perparvum nobis conſtat, ita exponat, ut maximam rerum geſtarum partem iisdem adfingat, quaſi vere ita evenerint. Nec meliorem ſe gerere Garibayum et Marianam, niſi quod hic non tam craſſa credulitate impudentiaque laboret, ſaepe potius eundem addere: *plura tranſcribo, quam credo.* Falſum eſſe Judaeorum adventum in Hiſpaniam ante Poenorum tempora, caput IV contendit. Sequ[illegible] examinat fidem auctorum antiquorum, de Karthaginienſium ac Romanorum imperio in Hiſpania exponentium. Eam haud minoris eſſe ambiguitatis, quam fidem eorum, qui bella Romanorum Punica in Hiſpania narrant, eorundemque dominium in Karthaginienſes aſſeveratur capite ſexto. Septimum vituperat multitudinem fictionum, quibus hiſtorici antiquiores inquinaverint res vere geſtas; nec ſequentium temporum, quae ordine chronologico pluribusque capitibus brevibus percurrit, ſcriptores a libidine fingendi eſſe immunes. Sigillatim etiam, ſed eadem brevitate, commemorantur ſcriptores rerum Aragonenſium, Navarricarum, Luſitanicarum, Catalonicarum caet. Docet quoque auctor cap. XXII, quo modo atque ordine hiſtorici Hiſpani legendi ſint. Ex omnibus auctoris ſententiis ſana iudicandi ratio elucet: diſplicet autem nimia brevitas vel feſtinatio. Quatuor epiſtolae annexae argumenta nonnulla hiſtoriae antiquioris critice tangunt, extra Hiſpaniam forte haud magni momenti. Auctor, dum libellum conficeret, annum aetatis ſeptuageſimum octavum egit.

Hunc

Hunc igitur libellum *Joh. Phil. Murray* in quarta editione libri Achenwalliani, qui inscribitur: *Geschichte der heutigen vornehmsten europaeischen Staaten* (Goetting. 1773. 8.) p. 1, errore nescio quo? inductus, *) opus esse quatuor voluminum in forma maxima sibi et alios persuasit. Nemo enim omnium, quos hac de re consuluimus, huiusmodi operis scientiam tenet. Itaque exsulat error iste ex libris, in quos irrepserit!

Sempere y Guarinos.

Ensayo de una Biblioteca Española de los mejores escritores del Reynado de Carlos III. Por D. JUAN SEMPERE Y GUARINOS, *Abogado de los Reales Consejos, Socio de Mérito de la Real Sociedad Economica de Madrid y Secretario de la Casa y Estados del Exc. Señor Marques de Villena.* Tomo I. *En Madrid en la Imprenta Real* 1785. — T. II. *ibid. eod.* — T. III. *ibid.* 1786. T. IV. *ibid.* 1787. T. V. *ibid.* 1789. — T. VI. *ibid. eod.* 8. — Bene utique opus hocce litteraturae, bibliographiae maxime, Hispanae recentiori inservire potest. Nam in vitis scriptorum enarrandis auctor non ubique moratur, nec adeo in diiudicandis libris, quibus vero singulis eorum contenta adscribuntur. Passim iudicia super libris e diariis litterariis collecta videmus. Meliores solummodo ex omni litterarum genere auctores recensentur, et quidem ordine alphabetico, ita ut tomus primus litteras *A* et *B* comprehendat, secundus procedat a *C* usque ad finem litterae *D*, tertius usque ad finem litterae *I*, quartus usque ad finem litterae *Q*, quintus usque ad *Soc*, sextus autem opus finiat. Praefixa est primo

*) Forte *Clarkius* Anglus, qui epistolas super Hispaniae statu praesente a. 1763 typis mandavit, hunc errorem primus erravit. Certe opus istud eadem ratione, qua a Murrayo, laudatur, p. 213 versionis theotiscae Koehlerianae.

volumini diſſertatio de cultura ac progreſſu litteraturae Hiſpanae in noſtro, quo vivimus, ſaeculo. In praefatione tomi quinti auctor queritur de facie iſſius triſti ac miſerabili. Cauſſae ſunt notiſſimae, quae vero Hiſpano non exponere, multo minus de illis dolere licet. Nos ea, quae bibliothecam noſtram iuvare quodammodo poſſunt, excerpſimus et in uſus noſtros convertimus. Epitome totius operis uno volumine complectenda promiſſa ante aliquot annos nondum prodiit.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1787. p. 13 ſqq. a. 1790. p. 1773 ſqq.

Allgemeine Litt. Zeit. a. 1788. T. IV. p. 521. a. 1790. T. IV. p. 741 ſqq.

* * *

Chartae manu ſcriptae, quas *Ebelingius* in notis ad verſionem itinerarii Twiſſiani theotiſcam p. 350 commendat, a *Pluerio* collectae, in bibliotheca Goettingenſi academica ſervatae ac a nobis inſpectae, inſtituto noſtro neutiquam proſunt.

SECTIO II.

Scriptores geographici et topographici atque itineraria.

§. I.

Scriptores de geographia et hiſtoria Hiſpaniae antiqua.

di Morales.

Las Antiguedades de las Ciudades de Eſpaña, que van nombradas en la Cironica, con la averiguacion de ſus ſitios, y nombres antiguos; que eſcrivia AMBROSIO DE MORALES, *natural de Cordova Coroniſta del Rey Catho-*

Catholico nueſtro Señor Don Felipe Segundo deſte nombre, y Cathedratico de Rhetorica en la Univerſidad de Alcalà de Henares. Con un Diſcurſo general, donde ſe enſeña todo lo que a eſtar averiguaciones pertenece, para bien hacerlas, y entenderlas Antiguedades. Con otras coſas, cuya ſuma va pueſta luego a la quarta hoja. En Alcalà des Henares 1575. fol. Additus etiam eſt hic liber alteri parti tomi ſecundi Chronicae generalis ejusdem auctoris, de qua paullo poſt fuſius agemus. — Hiſpani hunc ſcriptorem, qui a. 1590 obiit, vindicem antiquitatum Hiſpanicarum compellare ſolent. A rege Philippo II hiſtoriographi regii munere ornatus, miſſus fuit ab eodem in Galleciam, Auſtriam et Legionem regna, ad perſcrutanda et colligenda ſacra et profana monimenta vetera, quae attente vidit, legit, conſideravit, mireque auxiliis inde perceptis eam maxime hiſtoriae partem, quae tempora, quibus Hiſpani Arabum iugum excutere coeperunt, ſubſequentiaque complectitur, locupletavit. Haud raro tamen eundem erraſſe, praeſertim in Romanorum veterum inſcriptionibus explanandis, Schottus iam in Hiſpaniae bibliotheca obſervavit.

Cf. ANTONII Bibl. T. I. p. 51 ſq.

CLEMENTIS Specimen bibliothecae Hiſpano-Majanſianae p. 122 ſq.

Hiſpaniae veteris deſcriptio, ex Abrahami Ortelii conatibus *Antverp.* 1586. 8. *ibid.* 1595. 8. *Amſtelod.*... Item in Tabulis Ptolemaicis, et in Tabulis Sanſonianis, *Pariſ.* 1666. Hiſp. vet. deſcript.

ANDREAS DE POZA, (Cantabri, Ordunienſis cauſſarum Patroni apud Correctorem, ut vocant, *del Señorio de Viſcaia* †....) *de la antigua lengua poblaciones, y comarcas de las Eſpañas, en* de Poza.

que de paſo ſe tocan algunas coſas de la Cantabria. En Bilbao 1587. 4.

Occo. ADOLPHI OCCONIS (*eo nomine tertii, Medici et Archaeologi Auguſtani* † 1605.) Inſcriptiones veteres in Hiſpania repertae, *Heidelbergae* 1596. fol.

La Numantina. *La Numantina.* En Sevilla 1612. 4. — In huius ſpiſſi operis libris XV fata Numantiae, urbis olim nobiliſſimae, et a Carthaginienſibus funditus everſae, inſignesque civium res geſtae proſa vorſaque oratione decantantur, et ſimul nobilium urbis territoriique iſtius familiarum hiſtoria recenſetur. Scholia hiſtorica attexuit auctor, qui vulgo habebatur FRANCISCUS MOSQUERA DE BARRIONUEVO, ex urbe Soria, quam Numantiae ſucceſſiſſe plures contendunt, oriundus: ſed MI-
Martel. CHAELEM MARTELUM, Lucronienſem, potius auctorem eſſe, pro certo affirmatur.

Cf. DE FRANCKENAU p. 137. et 315 ſq.

Aldrete. BERNARDI ALDRETE *varias antiguedades de Eſpaña, Africa y otras Provincias* etc. En Amberes 1614. 4. Notitiam huius libri exhibuimus ſupra Vol. II. P. II. p. 322.

del Olmo. JOSEPHI VINCENTII DEL OLMO (ſancto Officio, quod vocant, Valentino ab Epiſtolis, † 1696.) *Lithologia, ò explicacion de las piedras, y otras antiguedades hallades en las zanjas, que ſe ubrieron para los fundamentos de la Capilla de nueſtra Señora de los Deſamparados de Valencia.* En Valencia 1653. 4. Gloriam hoc libro inter populares nactus eſt: ſed qua ratione, iidem haud narrant.

Cf. XIMENO l. c. T. II. p. 124.

de Padilla. LAURENTII DE PADILLA *libro primero de las Antiguedades de Eſpaña.* En Valencia 1669. 12. — Auctor

Auctor, Antiquarienſis, ex illuſtri familia, quae ad noſtram usque aetatem ampliſſimo Andelantatorum Caſtellae munere ſuperbit, oriundus, in cathedrali Malacitana regni Granatenſis aede Rondenſem Archidiaconum Canonicumque egit, ſimul a Carolo V. Imp. conſtitutus regius hiſtoriographus, primus omnium, qui ſecundum artis regulas methodum hiſtoricam Hiſpana lingua res patrias ſcribere aggreſſus eſt. Complura nihilo minus inſunt operi, de quo loquimur, apocrypha ac vana, quae deſumta creduntur ex Hiſpanica hiſtoria nunquam edita P. Johannis de Rihuerga, cuius lucubrationes nullo in pretio habitae ſunt a Floriano de Ocampo in prologo operis poſtea recenſendi. Padilla compoſuerat hiſtoriam Hiſpaniae generalem, in tres libros diviſam, quam vero ipſe foras dare nequivit. Longo poſt eius mortem intervallo primum librum, indicata a nobis epigraphe, cum erudita praefatione typis mandavit *Joſephus Pelliterius*, chronographus regius.

Cf. ANTONII Bibl. T. II. p. 4 ſq.

DE FRANCKENAU p. 277.

MICH. DE S. JOSEPHO Bibliographia critica P. III. p. 176.

GABRIELIS DE HENAO (Valdoletani, Theologi et magiſtri ſcripturae S. in regali Collegio Societatis Jeſu in Academia Salamanticenſi, † 1704.) *Averiguaciones de las antiguedades de Cantabria, endereçadas principalmente a deſcubrir las de Guipuzcoa, Vizcaya y Alava, en dos Tomos.* En Salamanca 1689—1691. fol. — Prior tomus librum primum antiquitatum Cantabricarum continet, poſterior vero librum ſecundum et tertium. Quibus comprehenduntur tum antiqua a Romanorum inde aetate Cantabriae monimenta atque rudera, de Henao

tum et plurium ex provinciis illis oriundarum nobilium familiarum proſapias, v. c. illam antiquorum Biſcajae dominorum, item Lojolanam Baldanamque, ex quibus originem ſuam derivavit Ignatius Lojola, Ordinis Jeſuitici parens, quippe cui ſacrum eſſe librum voluit auctor. Cuius ſtudium in hoc opere concinnando eo gratius, quo certius eſt, de regionibus Hiſpaniae iſtis, quod ad antiquiora maxime tempora ſpectat, parum aut nihil conſignatum litteris ſupereſſe, quum gens Cantabrica fortitudine ac militaribus exercitiis magis quam ſtudiis humanioribus dedita praeclara facere, quam ſcribere maluerit: exteri vero ob barbaros incolarum mores non auſi ſunt oras has ibive geſta penitus explorare, notitiamque adeo, quae commentariis conficiendis ſufficere potuiſſet, ſibi comparare. Et hinc quum neminem Noſter habuerit, maxime circa primordia huius nationis et remotiora ſaecula, primo libro comprehenſa, cuius veſtigia in hoc argumento legere potuiſſet, conſarcinandum undiquaque duxit, quicquid apud priſcos ſcriptores et in Romana potiſſimum hiſtoria ſparſim de Cantabris traditum exſtat. Non pauca tamen inſuper, quae disquiſitioni huic inſereret, ex tabulariis partim publicis, partim privatis amicorum ſcriniis corrogaſſe ſemet profitetur, utut exoptatis pauciora, dum plura huiuscemodi ſibi promiſerit, quam impetraverit. Quum vero ſingulatim compilare cuncta et in cumulum ex variis auctoribus congerere oportuerit, hinc non commode licuit iuſtam et filo continuo decurrentem nullisque interruptam hiatibus hiſtoriam contexere, contentusque adeo fuit Noſter, argumenta ſparſim occurrentia ſeparatis capitibus tractare, tali quidem ordine, qualem aut temporum ſeries, aut commodior rerum nexus

nexus poſcere viſus eſt. Ac ne abrupta tot teſtium congerie narratio ingratior lectori videretur, utque aequabili magis dictionis genere conſtaret, laudata auctorum loca, ſaepe ſine dilectu ſano coacervata, in ipſo contextu ubique ſermone Hiſpano expreſſit; ipſis verbis ſcriptorum latinis et authenticis ſub finem cuiusque capitis ſ. ſectionis reiectis. Ibidem conſpicies annotationes ac digreſſiones varias hiſtoricas atque philologicas pro ratione argumentorum elaboratas. Caeterum non diſſimulat auctor, huncce ſuum librum non a panegyrici minus, quam ab hiſtoriae natura participare, dum non nude res geſtas referre, ſed ſubinde oratoriis amplificationibus extollere videri queat: contendit tamen, ſalva ubivis rei veritate, id a ſe factitatum eſſe, cui nempe inanibus ornamentorum lenociniis nil quidquam detractum voluerit. Fatendum certe, ipſum non parum ingenii oſtendiſſe in exſculpendis quacunque occaſione Cantabrorum ſuorum laudibus. Praeter alia tomo priore inquirit, quando primum habitatoribus inſtrui coeperit Cantabria. Perſequitur poſtea colonias, a Cantabris quondam in alias orbis terrarum partes emiſſas, in Hiberniam puta, Corſicam, Iberiam Aſiaticam, nec non Britanniam, quae ipſa nempe huius rei memoriam in Cantabrigiae ſuae nomine ſervaſſe perhibetur. Capite VI, et ſequentibus compluribus auctor varia geſta et egregia Cantabrorum facinora pertractat, ac ſecundum res praecipuas circumſtanter expendit, quibus in bello Hannibalis cum Romanis aliisque dein proeliis, Pompeii primorumque Caeſarum Romanorum aevo habitis inclaruere; qua occaſione non exigua lux accenditur antiquae geographiae, dum auctor hiſtoria id ferente, ſedulo inquirit in verum ſitum locorum,

rum, a priſcis ſcriptoribus memoratorum, et quaenam oppida hodie iis reſpondeant. Quicquid caeterum de Cantabris ab Auguſto imperatore debellatis plerique dicant, Noſter dubiam valde eius rei fidem facit, aut ſaltem Cantabriam a iugo Romanorum liberiorem perduraſſe contendit, eiusque rei argumentum inter alia affert pertinacem iſtic linguae Vaſconiae uſum, quum alias devictae ditiones plerumque victorum ſermonem adoptaſſe deprehendantur. De priſcorum quoque Cantabrorum religione nonnulla in medium auctor affert. Denique non erudita minus, quam lectu iucunda ſunt, quae de ferreis quarundarum gentium numis, de crucis imagine, iam olim a Cantabris inſignium loco adhibita, de inſcriptionibus in Cantabria repertis, nec non de pluribus aliis huiusmodi rebus ad hiſtoriam et philologiam facientibus afferuntur. Ex quibus omnibus elucet, opus hocce nondum ſatis a rerum peritis, praecipue in Germania noſtra, relictis quisquiliis, a quibus haudquaquam immunis eſt, in uſus communes eſſe converſum.

Cf. DE FRANCKENAU p. 150ſq.

Actorum Erud. Suppl. T. I. p. 525-531.

de Berganza. FRANCISCUS DE BERGANZA, Hiſpanus Ordinis S. Benedicti, in lucem quidem edidit *Antiguedades de Eſpaña propagnadas*, (Matriti 1719. II Tomi in fol.) ſed interiora libri titulo non reſpondent; nam nil ineſt, niſi hiſtoria de CC. Martyribus Caradignenſibus ex Ordine S. Benedicti. Cf. *Ziegelbaueri* Hiſt. litter. ord. Bened. T. IV. p. 411.

Mahudel. NICOLAI MAHUDEL (Medici, Achaeologi et Philologi Pariſienſis, †....) *Diſſertation hiſtorique ſur les Monnoyes antiques d' Eſpagne.* à Paris 1725. 4.

Quae

e etiam ſubiuncta eſt *Charentonii* verſioni
ıciae hiſtoriae Hiſpanicae Marianae (*ibid.*
. 4.) et quidem tomo quinto. — Eſt, auctore
) contente, nil niſi periculum in argumento,
c temporis prorſus fere inculto, pereruditum
en, ut omnia, quae Mahudelius in re numa-
elaboravit. Poſt obſervationes aliquot in
res Hiſpaniae numos generales, demonſtrare
et, characteres incognitos in illis conſpicuos
Phoenicios eſſe, nec Punicos, nec Samarita-
, nec Arabicos, ſed vere Hiſpanos ſ. e vete-
ingua Hiſpar · mortua ſuperſtites. Exſtare
historicorum in antiquissimis rebus fabulosus est; v. c. Tubalem primum Hispaniae cultorem, Herculem urbis Segoviensis conditorem somniat. Geographiae antiquae egregie inservit. Varia prisca monimenta aeri incisa exhibentur. Insignis insuper lux affunditur genealogiae familiarum nobilium utriusque Castellae. Subiicitur Catalogus illustrium litteris et doctrina Segoviensium.

Cf. ANTONIUS T. I. p. 211.
DE FRANCKENAU p. 85.

Sevilla.

ALPHONSI DE MORGADO (in Alcantara urbe Morgado. nati, Sacerdotis Hispalensis) *Historia de Sevilla, en la qual se contienen sus Antiguedades, Grandezas, y Cosas memorables en ella, acontecidas desde su fundacion hasta nuestros tiempos. Con mas el Discurso de su estado in todo este progresso de tiempo, assi en lo eclesiastico, como en lo secular.* En Sevilla 1587. fol.

Primera Parte de la Historia, Antiguedades, y Grandezas, de la muy noble y muy leal Ciudad de Sevilla. Compuesta por el Licenciado Don PABLO DE ESPINOSA DE LOS MONTEROS, *Presbytero, dijo de la misma Ciudad.* En Sevilla 1627. — *Segunda Parte* etc. ibid. 1630. fol. de Espinosa de los Monteros.

RODERICI CARO, (Utriculensis, Sacerdotis Hispalensis, Jurisconsulti ac Doctoris) *Antiguedades, y Principado de la ilustrissima Ciudad de Sevilla y Chorographia de su convento iuridico, o antigua Chancilleria.* En Sevilla 1634. fol. Caro.

DIDACI ORTIZ ZUÑIGA, (ex celebri Ortizio- Ortiz de rum et Zunnigarum prosapia nobili nati Hispali, Zuñiga.

Crucifixo de Zalamea, con la Deſcripcion de eſta villa y algunas antigüedades de ella. En Madrid 1617. 4.

Zaragoſſa.

V. Saragoſſa.

§. IV.

Itineraria.

Lopez de Stunica. IACOBI LOPIDIS STUNICAE Itinerarium ab oppido Complutenſi Toletanae provinciae usque ad urbem Romam. *Romae* 1521. 8. et in *Andr. Schotti* Bibl. Hiſpan. T. III. p. 625 ſqq. et in *Franc. Schotti* (Colon. Agripp. 1620. 12.) p. 10 ſqq. — Auctor Theologus Hiſpanus circa a. 1530 Neapoli mortuus, deſcriptionem itineris, a. 1520 ſuſcepti, ad fratrem Johannem direxit. Pauca ſolum folia ad Hiſpaniam ſpectant; antiqua tamen monimenta aliquot et inſcriptiones inſertas ac breviter deſcriptae. Paullo maioris momenti ſunt obſervationes ſuper Gallia et Italia.

Cf. ANTONIO T. I. p. 228 ſq.

DIETZE ad verſionem Theotiſcam itinerarii Ponziani T. II. p. 258.

Navagéro. ANDREAE NAVAGERO (NAUGERIO ſ. NAVAGERII, Patricii Veneti, Bibliothecarii ad S. Marcum, hiſtoriographi, reipublicae eiusdem legati ad Carolum I, regem Hiſpaniarum, denique in Gallia, † 1529) *Lettere ſcritte de Spagna a M. Giovanbattiſta Ramuſio* in *Raccolta delle Lettere di XIII Uomini illuſtri, da Tommaſo Porcacchi.* Venet. 1556. 8. *ibid.* 1564. 8. Et in *Nuova Scelta di Lettere di diverſi nobiliſſimi Uomini, ed eccellentiſſimi ingegni, ſcritte in diverſe materie — da M. Bernardo Pino.* (Venezia 1574. 4.) Vol. II. Libro III; et in *Andr.*

Illustr. Naugerii Operibus (Patavii 1718. 4.) p. 291-333.

Eiusdem VIAGGIO *fatto in Spagna ed in Francia* (a. 1524 et 1528) *con la descrittione particolare delli luochi ed costumi delli popoli di quelle Provincie*, in Vinegia 1563. 8, et emendatius in *Naugerii* Opp. p. 337 sqq. — Epistolas illas quinque auctor ex Hispania ad Ramusium scripsit atque in is exposuit viam, qua ductus fuit in regnum suud, atque de rebus memoratu dignis locorum, quae vidit, breviter refert. Postea itinerarium seriorem in ordinem libro, quem innuimus, redegit, ubi quidem varia, in epistolis praetermissa, saepe vero etiam narrationes iisdem verbis repetita occurrunt. Post auctoris mortem demum bibliopola Venetianus Farri hunc librum typis exprimi curavit. Caeterum hoc itinerarium non prorsus, quasi inutile, contemnendum. saepe quidem nil nisi catalogum locorum deprehendes, nec tamen desunt, quae iucunda aeque ac utilia aestimari possunt; v. c. descriptiones urbium nonnullarum maiorum, Toleti, Hispalis, Granatae, harumque similium, e quibus statum Hispaniae istius aevi felicem diiudicare possis. Nec contemnenda videntur, quae Italus de Mauris seu potius Morisis eo tempore adhuc in regno Granatensi degentibus, retulit. Quo etiam pertinet expositio de aula Caroli regis huiusque ingenio. Occurrunt quoque descriptiones plantarum, arborum, aliarumque rerum, historiam naturalem illustrantium, qua Naugerius probe imbutus fuit. Vitia ordinis sacerdotalis ingenue et acriter reprehendit.

Cf. DIEZ l. c. p. 258 sqq.

Drake. FRANCISCI DRAKE (Navarchae Anglici nobiliſſimi Saeculi XVI) *Voyage to Cadiz and diverſes other places upon the coaſt of Spain and Portugal* (1587); in Hakluyti *Principal navigations* etc. Vol. II. P. II.

Wingfield. ANTONII WINGFIELD *Voyage to Spain and Portugal* (1589); ibid.

Flicke. ROBERTI FLICKE *Voyage to the coaſts of Spain and the Azores* (1591); ibid.

Eichhof. CYPRIANI EICHHOF Deliciae Hiſpaniae et index viatorius, indicans itinera ab urbe Toleda ad omnes in Hiſpaniae civitates et oppida. *Urſellis* 1604. 4. oblong. Cum mappis geogr. — Nec auctor nec eius liber, praeter titulum, nobis innoteſcit, ideoque definire non licet, quomodo differat a ſubſequentibus.

Ens. CASPARI ENS Deliciae apodemicae, et index viatorius Hiſpaniae, indicans itinera ab urbe Toledo, ad omnes in Hiſpania civitates et oppida, quorum indicantur deliciae, ſive quid in eorum ſingulis delicatum, rarum viſuque dignum ſit, caet. *Coloniae* 1609. 8. *ibid.* 1610. 8. *ibid.* 1613. 8. — Auctor ipſe in Hiſpaniam haud inſtituit iter, ſed ex aliis excerpſit, quae peregrinatoribus uſui eſſe poſſint. Quodſi opellae uſum reſpicias, hodie, ut alia huius polygraphi ſimilia, nullius fere pretii videtur.

Cf. DIEZ l. c. p. 261.

Lutzenkirchen. GUILIELMI LUTZENKIRCHEN Deliciae apodemicae per Galliam et Hiſpaniam. *Colon.* 1609. 8. — Quomodo hic liber a proxime antecedente differat, aut cum eo conveniat, aut num unus idemque ſit, nullibi reperire licuit.

Reiſe

Reiſe durch Welſchland und Hiſpanien, darinn Neumair
ausführlich und mit allen Umſtänden beſchrieben wird, von Ramſz-
wie nicht allein dieſelbe von einem Ort zum andern am la,
füglichſten und bequemſten anzuſtellen, ſondern was
auch allenthalben denkwürdiges zu ſehen, und zu mer-
ken iſt. Genommen aus Herrn JOHANN WILHELM
NEUMAIR VON RAMSZLA Itinerario Europaeo; *und*
denenjenigen, welche an ſolche Orte zu reiſen in Wil-
lens ſeyn möchten, zu ſonderbarer guter Information
und Nachrichtung in den Druck gegeben durch HANS
CHILIAN NEUMAIR VON RAMSZLA. Leipz. 1622. 4.
Cum figg. ligno inciſis. — Editor ex patrui diario hodoeporico in uſum peregrinantium, quae ſibi memorabilia viſa, excerpſit. Spectant ita magna ex parte Italiam. Iter per Hiſpaniam paucis exponitur, inde a. p. 385 usque ad 416. Auctor a Genua navi vectus appulit ad urbem Lucentum (*Alicante*), indeque Matritum, Toletum, monaſterium Eſcorialenſe petiit, poſteaque Matrito verſus Galliam curſum inſtituit. Loca modo commemorata et alia quaedam haud male deſcribuntur, in primis monaſterium iſtud famoſiſſimum. De Philippo II rege nonnulla ſingularia narrantur.

Cf. DIETZE l. c. p. 261 ſqq.

ABRAHAMI GOLNIZ (Gedanenſis regi, Daniae a manu et epiſtolis) Itinerarium in Hiſpaniam; in *eiusdem* Ulyſſe Belgico-Gallico. *Lugd. Bat.* 1631. 12. *Amſtelod.* 1655. 12. Golnitz.

MARTINI ZEILLER (Geographi faeculi ſuperioris nobiliſſimi) Itinerarium Hiſpaniae, *oder Reiſebeſchreibung von Spanien.* Ulm 1637. 8. Laudatur etiam ſic: Itinerarium Hiſpaniae, *oder ſpaniſches Reiſebüchlein.* Nürnberg 1637. 8. *Latine* Zeiller.

auctoris nomine ſuppreſſo, hac epigraphe: ſpaniae et Luſitaniae Itinerarium, nova et ac rata deſcriptione, iconibusque novis et elega bus loca earundem praecipua illuſtrans. *An lod.* 1656. 12. *Belgice*, ſine Zeilleri mentione, l inſcriptione: Monarchia Hiſpanica, *ofte een R Beſchryvinge aller Koninckryken, Vorſtendommen, l den ende Steden, door de gantſche werelt verſpreyt, onder de Spaanſcher Koningen gebiet ſtaande, d een Liefhebber der Hiſtorien in 't licht gebra* Amſterd. 1659. 12. Cum figg. aen. — Lil tribus abſolvitur partibus, quarum prima de l ſpania in univerſum agit, atque de eius ſtatu p litico; ſecunda ſiſtit geographiam, in itinera formam redactam; tertia, deſcriptionem omni terrarum, quae eo tempore cum in Europa, t extra eandem regimini Hiſpano paruerunt. Ze lerus ipſe iter in Hiſpaniam nunquam ſuſcep idem autem affirmat, ſe ex ſchedis viri probe ſtructi, qui anno 1617 partem illam Europ viſitaverit, expoſitionem ſuam hauſiſſe. P conditione aevi illius haec totius Hiſpaniae d ſcriptio re vera admodum accurata eſt atque fi digna. Subiicitur in fine index viatorius p univerſam Hiſpaniam, additis ichnographiis XX urbium.

Cf. DIEZE I, c. p. 263 ſq.

Inſuper HIERONYMI MASCAREÑAS, (Luſitani, Geo gii Marchionis de Montalblan filii, Equitis C latravienſis caet.) *Viage de la Reina D. Maria A de Auſtria, ſegunda muger de Felipe IV, haſta Corte de Madrid.* En Madrid 1050. 4. Miſſi auctor a rege iſto in Germaniae usque fines, M riae Annae Auſtriacae, Hiſpaniarum reginae ſpo

ſponſum deducendae gratia, deſtinatus eidem ab eleemoſynis et a capellae praefectura.

Cf. ANTONIO T. I. p. 446.

LUDOVICI COULON, (Jeſuitae Franco-Gallici, † 1664.) *fidele conducteur pour le Voyage d'Eſpagne.* à Paris 1654. 8. — Aptiorne forte locus inter geographos? Coulon.

PETRI DU VAL (Hiſtorici et Geographi ſaeculi ſuperioris haud ignobilis, † 1683.) *Deſcription et Alphabet* (?) *d'Eſpagne et de Portugal, avec quelques voyages dans les mêmes pays....* 1660. 12. du Val.

Voyage d'Eſpagne, contenant entre pluſieurs particularitez de ce Royaume, trois Diſcours Politiques ſur les affaires du Protecteur d'Angleterre, de la Reine de Suede, et du Duc de Lorraine: Avec une Relation de l'Eſtat et Gouvernement de cette Monarchie, et une Relation particuliere de Madrid. Revu, corrigé et augmenté ſur le MS. à Paris 1665. 4. *Revu et augmenté.* S. l. 1666. 4. *à Cologne* 1667. 12. *Throtiſte* ſtilo inficeto, cura *Johannis Mackle*, Francof. 1667. 12. Auctor huius itinerarii hactenus ignotus manſit. Iter ipſum ſuſceptum fuit a. 1655. Liber utique laude dignus. Praeter ſitum et conditionem locorum ſtatus aulae Hiſpanae illius temporis, mores, naevi atque vitia Hiſpanorum eleganter et ſatis accurate deſcribuntur. Praeſtant, quae auctor tradit de urbe Matritenſi, de monaſterio Eſcorialenſi, et de locis nonnullis aliis nobilioribus. A partium ſtudio auctor, quippe Franco-Gallus, non ſatis alienus videtur. Relatio de ſtatu Hiſpaniae inſerta, addita quoque libro ſubſequenti, ab alio proficiſcitur. Voyage d'Eſpagne etc.

Cf. DIETZ l. c. p. 265 ſq.

Jour-

(Boiſel) Journal du voy. d'Eſpagne.

Journal du voyage d'Eſpagne fait en 1659, *tenant une deſcription de ſes royaumes et de ſes pri pales villes, avec l'etat du gouvernement, et pluſi traités, touchant les régences, les aſſemblées des ét l'ordre de la nobleſſe, la dignité de grand d'Eſ gne, les commanderies, les benefices et les conſ* à Paris 1665. 4. *ibid.* 1669. 4. *ibid.* 1722. 12 Inſunt huic volumini varia itinera. Primu *Journal du Voyage d'Eſpagne, fait en l'année* 16 *à l'occaſion du Traité de la paix;* cuius auctor B SEL, Conſiliarius Parlamenti, compoſitioni cis Pyrenaeae interfuit, poſteaque legatum Fr cogallicum in urbem Matritenſem comitatus Inde petiit et viſit Granatam, Hiſpalin, Gad aliaque Hiſpaniae loca. Ubi paullo diutius co moratus eſt, exhibet obſervationes non ſpern das de variis rebus memoratu dignis, aedifi deſcribit, titulos lapidares paſſim inſerit q Quia Boiſelii diarium in urbe Burgenſi deſi bibliopola addidit inde a. p. 198 diarium quor dam virorum Boiſelium comitantium, in quo ditus Matrito per Aragoniam et Cataloniam, b viter admodum et ieiune narratur. Sequi p. 231-238: *Voyage de Madrid à Lisbonne f par le Comte de Koenigsmark avec Mr. de Cha pes, Ambaſſadeur du Roi T. C. auprès du Roy Portugall*, quo facillime careas. Porro p. 23 250: *Journal du Voyage du Sieur D E. fait l'année* 1659 *de Madrid à Alicante et à Valence de Valence à Madrid*: ubi deſcriptio Valent plauſu digna. Denique a p. 251 usque ad p. 4 ſive ad finem legitur: *Eſtat d'Espagne*, aucto BOISEL. Quae notitia Hiſpaniarum politica l antea ſine auctoris nomine, admodum mani ſingulatim prodiit, ſic inſcripta: *Relation d' Voyage d'Espagne, où eſt exactement decrit la G*

Relation d'un Voyage d'Eſpagne.

de ce Royaume et son Gouvernement. à Paris 1664. 12. Eadem, non minus imperfecta addita est itinerario, a nobis modo recensito. In hoc vero, de quo nunc loquimur, libro ex propriis auctoris schedis manu scriptis ista integra et absoluta traditur, ea ratione, quae vix quidquam desiderari sinit.

Cf. DIEZE l. c. p. 266 sq.

Relation de Madrid, où Remarques sur les mœurs de ses habitans à Cologne 1665. 12. Rélation de Madrid.

CONTARINI (nescimus cuius?) *Relations d'Espagne.* à Mombelgard 1666. 12. Ita Bibliotheca hist. Struvio-Buderiana p. 259. Contarini.

A Relation of a Voyage made through a great Part of Spain by FRANCIS WILLOUGHBY, *Esqu; containing the chief observable he met with there, collected out of his Notes; in John Harris's Compleat Collection of Voyages and Travels* T. II. p. 592 sqq. et *in John Ray's Travels (second edition,* Lond. 1738. 8.) Vol. I. p. 399-428. Willoughby. Auctor, cuius Ornithologiam et Ichthiologiam novimus, in hoc brevi itinere a. 1664 instituto, plures Hispaniae civitates nobiliores visitavit et, quae sibi memorabilia viderentur, paucis annotavit. Quae historiam naturalem tangunt, paullo meliora sunt iis, quae de moribus Hispanorum aliisve de rebus tradit; nam festinavit nimis, nec linguam Hispanam adeo calluit.

Cf. DIEZE l. c. p. 268 sq.

Viage del Rey N. S. D. Phelipe IV a la Frontera de Francia; Desponsorio de la sereníssima Infante de España y solemne Juramento de la Paz. En Madrid 1667. 4. (del Castillo) Viage etc. Auctor nuncupatur LEONARDUS DE CASTILLO, qui

qui in hoc libro non modo descriptionem festorum propter desponsationem Mariae Theresiae, filiae Philippi IV regis, cum Ludovico XIV, Galliarum rege, celebratorum, verum etiam varia documenta historica exhibet. Nec ineſt nudus locorum, quae auctor, regis comes, in itinere vidit, index, sed eorundem descriptiones uberiores minime contemnendae.

Cf. *Dietz* l. c. p. 267 sq.

Reisebeschreibung etc. *Reisebeschreibung nacher Spanien.* Frankfurt 1676. 8.

Lettre etc. *Lettre de Mr. l'Abbé de M. contenant le Voyage de la Cour vers la Frontière d'Espagne en l'année* 1660 in *Voyage historique et galant*, S. l. 1680. 12. Epistola ipsa continet diarium super itinere aulae Francogallicae versus Fontarabiam, nuptiarum regiarum caussa susceptō, narrationem ieiunam de festis hac occasione celebratis, de aula Hispana ac de Hispanorum moribus.

Cf. DIETZ l. c. p. 268.

(Prechac) Voyage etc. *Voyage de la Reine d'Espagne* (*Marie Louise de Paris à Madrid*) à Paris 1680. II Voll. in 12. Auctor huius libri nobis incogniti appellatur PRECHAC.

Bremundano. *Viage del Rey Carlos II al Reyno de Aragon, Entrada en Zaragoza, Juramento solemne de los Fueros, y principio de las Cortes generales el año* 1677. *Por Don* FRANCISCO FABIO BREMUNDANO. En Madrid 1680... Praeter descriptionem rerum solennium, quas libri inscriptio prodit, non multa scitu digna ab auctore exponuntur.

Cf. DIETZ l. c. p. 270.

MARIAE

MARIAE CATHARINAE LE JUMEL DE BARNE-VILLE, Comitiſſa D'AULNOY ſ. D'ANNEUIL) *Relation du Voyage d'Eſpagne.* à Paris 1691. III Voll. in 12. *à la Haye* 1691. III Voll. in 12. *ibid.* 1692. III Voll. in 12. *à Paris* 1699. III Voll. in 12. *à la Haye* 1705. III Voll. in 12. Cum figg. aen. *Theotiſce* (a *Joh. Jac.*) Lipſiae 1695. III Partes in 12. cum figg. aen. *ibid.* 1723. 8. et (*a Godofredo Conrado Boettger*) Nordhuſae 1782. III Partes in 8. Excerpta exſtant in *teutſchen Muſaeum* a. 1785. Partic. XI. p. 196-208. a. 1786. Part. III. p. 258-284. Part. IV. p. 29-350. Typis eadem repetita in *Auswahl kleiner Reiſen* P. IX. p. 1-123. 149-171. *Anglice* Lond. 1697. 8. 1708. 8. 1774. 8. atque cum epiſtola de ſtatu Hiſpaniae politico, anno 1780; in *J. Harris's compleat Collection of Voyages and Travels* Vol. II. p. 73 ſqq. *Belgice*, Ultraj. ad Rhen. 1705. 4. Iter ipſum in Hiſpania anno 1697 factum ab auctore in quindecim epiſtolis, ad amitam in Gallia datis, deſcribitur. Hiſtoriae et fictiones ita ſunt contextae, ut vera a falſis vix diſcerni poſſint, ſaepeque ea, quae vere acta ſint, fidem perdant ob figmenta adiuncta. Quapropter hoc opus hiſtoriam parum iuvat, certe cum iudicio critico eo utendum. Mulier ingenioſa, aliorum etiam librorum auctor, obiit a. 1705. d'Aulnoy.

Cf. DIEZE l.c. p. 271.

Allgemeine teut. Bibl. Vol. LIX. p. 201 ſq.

Hiſtoire litteraire de Femmes Françoiſes (à Paris 1769) T. II. p. 166 ſq.

Journal du Voyage de la Reine Marie Anne depuis Neubourg (par la France) jusqu'à Madrid. à Bruſſelles 1691. 8. Catalogus locorum, quae regina iſta tranſivit, addita deſcriptione ſolen- (Leonhard) Journal du Voyage etc.

nium in honorem eius inſtitutarum. IOH. LEONNARD quidam auctor eſſe dicitur.

Cf. DIEZE l. c. p. 272.

Voyages. *Voyages faits en divers temps en Eſpagne et Portugal, en Allemagne, en France, et ailleurs par M***** à Amſterd. 1699. 8 mai. *ibid.* 1700. 12 mai. Cum figg. aen. — Redemtor libri in praefatione affirmat, ſe itinerarium hocce manu ſcriptum a quodam, qui Belgium foederatum petierit, idque ab auctoris filia acceperit, nactum fuiſſe. Auctor aliis operibus plauſu dignis inclaruiſſe dicitur. Ipſe p. 213 ait, primum profeſſorem medicinae Leidenſem affinitate ſibi iunctum fuiſſe. Quem quidem *Carolum Drelincurtium* fuiſſe novimus; ſed exinde tamen auctor haud certo elici poteſt. Iter Hiſpanienſe (p. 1-164) anno 1696 in comitatu cuiusdam M. D. G** qui a Principe Condaeo in Hiſpaniam ablegatus poſteaque a rege Galliarum ad aulas principum Germanicorum nonnullorum fuit, quorſum auctor quoque illum ſecutus, ſuſceptum fuerat. Quem vero legatum fuiſſe *Gurvillium* (*M. de Gourville*) ex narratis quibusdam facile coniicitur. Candore ac fide haud vulgari obſervationes hodoeporicae ſe commendant, excepta forte delineatione morum Hiſpanorum, qua in re partium ſtudium valde elucet.

Cf. DIEZE l. c. p. 269 ſq.

van dem Burge. *Nieuwe Hiſtoriſche en Geographiſche Reisbeſchryvinge van Spanjen en Portugal. — Alles in verſcheide Brieven beſchreven door* WILLEM VAN DEM BURGE. In 's Gravenhage 1705. 4. — Hic liber non continet, ut eius inſcriptio mentitur, itineraria, ſed deſcriptionem hiſtoricam, geogra-

graphicam et politicam Hiſpaniae et Luſitaniae, e pluribus libris, teſte ipſo auctore, congeſtam, et in epiſtolarum formas redactam, in uſum maxime eorum, qui bello tunc temporis ob ſucceſſionem in monarchiam Hiſpanicam flagrante ſtatum et conditionem regnorum illorum diſcere cupiverint.

Cf. DIEZIUS l. c. p. 274 ſq.

JACOBI BROME *Travels* caet. 1712. v. ſupra Brome, Vol. V. P. II. p. 13. Nec Diezius l. c. notitiam huius itinerarii tradere potuit.

Voyages du P. LABAT, *de l'Ordre des Freres Prêcheurs, en Eſpagne et en Italie.* à Paris 1730. VIII Tomi in 12mai. Cum figg. aen. à *Amſtelod.* 1731. VIII Tomi in 12mai. Cum figg. aen. *Theotiſce à Carolo Friderico Troeltſch*; Norimbergae 1758-1762. VIII Partes in 8. Cum figg. aen. — Auctor, aliis quoque itinerariis clariſſimus, ex India occidentali redux a. 1705, in portu Gaditano appulit. Antequam in Italiam pergere potuit, in Hiſpania neceſſitate coactus, quinque per menſes haeſit, quo tempore, Tariffam, Sanctam Mariam, Hiſpalin et quasdam alias urbes viſit, de quibus, praecipue vero de Gadibus, accurate ſatis ac copioſe refert. Quod ubi primo tomo factum, reliqui ſeptem obſervationes in itinere per Italiam peracto conceptas ſiſtunt. Pruritus cavillandi et exagitandi, quem etiam in aliis huius auctoris itinerariis deprehendimus, nec ab hoc abeſt. Labat.

Cf. *Journal des Savans* a. 1731. *Janvier.* DIEZIUS l. c. p. 276 ſq.

Memoirs. *The Memoirs of an Engliſh Officer, who ſerved in the Dutch War in 1677 to the peace of Utrecht in* 1713. London 1738. 8. Inſunt multa lectu iucunda de Hiſpanorum moribus, de monaſteriis, de concertationibus cum tauris caet. Tamen et hic ſcriptor hodoeporicus partium ſtudio laborat.

Cf. DIEZE l. c. p. 276.

Memoires inſtructifs etc. *Memoires inſtructifs pour un Voyageur dans les divers Etats de l'Europe* caet. à Amſt. 1738. 8.

Cf. huius bibl. Vol. V. P. II. p. 244 ſq.

Rhys. *An Account of the moſt remarkable Places and Curioſities in Spain and Portugal, by* UDAL AP RHYS. Lond. 1749. 8 mai. Cf. huius bibl. Vol. V. P. II. p. 103, et DIEZE l. c. p. 281, ubi obſervatur, auctorem itinera non feciſſe, ſed aliis ex libris hanc Hiſpaniae et Luſitaniae deſcriptionem geographicam ſat probabiliter compoſuiſſe.

Corte d'Arnobat. *Lettres ſur un Voyage d'Eſpagne par M.* CORTE D'ARNOBAT. à Paris 1756. 8. Eſt libellus famoſus in Hiſpanam gentem, maxime in viros quosdam clariſſimos ex ea oriundos.

Cf. DIEZE l. c. p. 283.

Lettres etc. *Lettres ſur le Voyage d'Eſpagne par M.....* à Pampelune 1756. 12. Ineſſe dicuntur multa de moribus et ritibus Hiſpanorum variis. Qui has atque proxime praecedentes epiſtolas conferre poteſt, pronunciet, numne inter ſe differant.

Loefling. PETRI LOEFLING (Sueci, Regis Hiſp. Botanici, † in America 1756) Iter Hiſpanicum, *eller Reſa til Spanſka länderna uti Europa och America, för-*

förrättad ifrån 1751 *til* 1756; *med beskrifningar och Rön äfwen de markwärigeste wänter.* Stockholm 1758. 8. (Editore *Carolo a Linné*, cuius discipulus Loeflingius fuerat). *Travels ab Alex. Bernardo Koelpin*, Berolini et Stralsundiae 1766. 8 mai. Berolini 1776. 8 mai. Excerpta *Anglice* scripta exhibuit *Joh. Reinoldus Forster* ad versionem Anglicam itinerarii Bossii de America septentrionali, Londini 1771. 8. Ne quis libri epigraphe inductus credat, inesse itinerarium eiusdem generis, cuius hactenus enumeravimus, sciat, eo solummodo historiam naturalem iuvari.

Cf. *Götting. gel. Anzeig.* a. 1760. p. 237 sqq. DIETZ l. c. p. 281 sq.

Lettere d'un Vago Italiano ad un suo Amico. Pitt- Quinto
burgo s. a. — T. II. *ibid.* — T. III. *ibid.* 1764. — T. IV. *ibid.* 1767. 8. Tomus primus etiam hoc titulo ornatus prodiit: *Lettere d'un Viaggiatore Italiano ad un suo amico.* Lucca 1759. 8. Quartus autem singulatim hac inscriptione: *Osservazioni fatte da un Viaggiatore in alcuni Paesi d'Europa.* Lucca 1767. 8. Auctor huius itinerarii est P. NORBERTUS CAIMO, monachus Hieronymitanus Mediolanensis, qui annis 1755 et 1756 iter ex Genua per Hispaniam, Lusitaniam, Angliam, Belgium et Galliam instituerat. Animadversa in eodem a se perscripsit epistolis ad amicum quendam tomis quatuor a nobis commemoratis typis expressis, quae autem in Italia et in aliis nonnullis regionibus proscriptae sunt. Iter per Hispaniam continetur tomis duobus prioribus, et altera parte tertii. Loca, quae auctor vidit, ut et memorabilia ibi reperta, praecipue elegantioris artis opera, copiose satis descripta. Additas videas illustrationes uberiores in annotationibus, ab

editore, ut affirmatur, ſed ab auctore ipſo re vera profectis. Inſunt autem omnibus epiſtolis peccata haud pauca, vix excuſanda, vituperio eo acriore digna, quo lubentius auctor ſatirae nimium indulſerit, adeoque aequabile hiſtorias narrandi genus contemſerit. Hiſpanos maxime dicteriis pravis tanta petulantia proſecutus eſt, ut ipſius aulae regiae conſilio Ponzius opus hodoeporicum, de quo paullo poſt dicemus, in lucem ediderit. Ingenio auctor minime caret, haud raro autem eidem nimium indulget, ſpargitque nugas de rebus leviſſimi momenti. Omittere contra ſolet graviora. Nec ſolos Hiſpanos irridet, ſed et alias, quas viſit, gentes, quid? quod ipſos populares ſuos. Vera his intexta eſſe quis neget? Huius igitur itinerarii pars, tomus nempe primus et ſecundus, in quibus itineris inde a Barcinone usque ad Salamanticam inſtituti ratio deſcribitur, *Francogallice* proſtant hac epigraphe: *Voyage d'Eſpagne fait en l'année 1755, avec des notes hiſtoriques, geographiques et critiques, et une Table raiſonnée des Tableaux et autres Peintures de Madrid, de l'Eſcurial, de Saint Ildefonſe* etc. *Traduit de l'Italien par le* P. DE LIVOY, *Barnabite. I. II Partie.* à Paris 1772. 12 mal. Qua in verſione varia quidem Itali dicta, quibus lubenter caremus, omiſſa ſunt, verum etiam utilia et iucunda. Nihilo minus non nemo ex manca hac verſione, minime vero ex archetypo, fragmentum illud inutilium *Theotiſcae* maiore adeo levitate, propinavit. *Lipſiae* 1774. 8 mai.

de Livoy.

Cf. DIETZE l. c. p. 282 ſq. videatur etiam eiusdem praefatio verſioni operis Ponziani Theotiſcae praefixa.

Gotting. gel. Anzeigen a. 1773. *Zugabe* p. XVII ſq. XXV ſq. a. 1774. p. 182.

Alf-

Allgem. teut. Bibl. T. XXVI. p. 542.
BÜSCHINGII *wöchentl. Nachr.* a. 1776. p. 241 ſq.

Reiſe Pfalzgraf Fridrich des II aus Frankreich durch Spanien an den Hof Karls V nach Granada und zurück; in *Hannöveriſchen Magazin* a. 1762. p. 260-286.

De JOSEPHI BARETTI itinerario (1763 et 1770.) v. ſupra Vol. V. P. II. p. 124. Excerpta, quae Hiſpaniam, aulam maxime regiam, ſpectant exhibuit *Klokenbring* in *Hannöveriſchen Magazin* a. 1771. p. 305-332.

EDUARDI CLARKE *Letters concerning the Spaniſh nation, written at Madrid during the years* 1760 *and* 1761. London 1763. 4 mai. *Theotiſce* a *Joh. Tob. Koehler*. Lemgoviae 1765. 8. Epiſtolae quinque priores etiam Theotiſce redditae (a *C. H.* LANGER) et quidem curatius, *Lubecae* 1765. 8. Epitome exſtat in: *A New Collection of Voyages, Diſcoveries and Travels* (Lond. 1767. 8.) Vol. V. p. 389-433. *Francogallice* Bruxellis 1770. 8. — Auctor fuit concionator legationis Britannicae in aula regia Hiſpana, eo tempore, quod libri titulus prodit († 1786). Obſervationes epiſtolis viginti mandatae ſpectant partim hiſtoriam Hiſpanam, partim ſtatum regni illius politicum, religionem, litterarum et artium cultum caet. In quibus omnibus nonnulla vere narrata, plura autem falſo, ſaltem ſiniſtre occurrunt. Hodie certe longe meliora habemus itineraria.

Clarke.

Cf. Goetting. gel. Anzeig. a. 1765. p. 457-463.
Allgemeine teut. Bibl. T. IV. P. II. p. 180 ſqq.
DIEZE l. c. p. 284.

de Morales et Florez. *Viage de* AMBROSIO DE MORALES, *por orden del Rey Don Felipe II, á los Reynos de Leon, y Galicia, y Principado de Aſturias, para reconocer las Reliquias de Santos, ſepulcros reales, y libros manuſcritos de las Catedrales, y Monaſterios. Dale á luz con notas, con la Vida del Autor, y con ſu retrato el R. P. M. Fr.* HENRIQUE FLOREZ. En Madrid 1765. fol.

Velazquez. *Noticia del Viage de Eſpaña, hecho de órden del Rey, y de una nueva hiſtoria general de la nacion, desde el tiempo mas remoto, haſta el año de 1516. Sacada unicamente de los Eſcritores, y monumentos recogitos en eſte Viage. Por D.* LUIS JOSEPH VELAZQUEZ etc. En Madrid 1765. 4. Rex, cuius iuſſu iter iſtud ſuſceptum, fuit Ferdinandus VI Auctor in hac notitia differit de Hiſpanorum ſtudiis circa rem litterariam ſub eodem rege, de ratione hiſtoriae Hiſpanae, quam auctor elaborare voluerat, et de forma collectionis ampliſſimae antiquorum monimentorum Hiſpaniae hiſtoricorum, quam aliquando luci publicae exponere ſibi propoſuerat. Charta hunc in finem typis expreſſa, in qua de conſilio iſto ulterius diſputat, ſic inſcribitur: *Colleccion de los documentos contemporaneos de la hiſtoria de Eſpaña, desde el tiempo mas remota haſta el año* 1516. En Madrid 1765. 4. Sed collectio ipſa in lucem non prodiit: multa vero volumina eius ſcripta ſervat Academia hiſtorica Matritenſis.

Cf. SEMPERE l.c. T. VI. p. 150 ſq.

de Silhouette. (STEPHANI DE SILHOUETTE) *Voyage de France, d'Eſpagne, de Portugal et de l'Italie* à Paris 1768. IV Voll. in 8. Volumen tertium et quartum deſcriptionem itineris, ab 31 Auguſti usque ad 24 Decem-

Decembris anni 1729 absoluti, continet. Auctor omnes fere urbes potiores peragravit, quorum memorabilia breviter narrat. Levia quidem minusque recte observata et his insunt: verum tamen quoque haud contemnenda, praecipue de statu politico Hispaniae eiusdem temporis. Nec caret liber narrationibus historicis de regno Philippi V haud vulgaribus. Auctor insuper minus, quam alii, partium studio in Hispanos laborare videtur.

Cf. DIEZE l. c. p. 278 sq. et quae nos diximus supra Vol. V. p. 124.

Reise eines vornehmen Herrn in Spanien in den Jahren 1764 *und* 1765, *beschrieben von einem seiner Gesellschaft* (CAROLO CHRISTOPHORO PLÜER, Concionatore legationis Danicae in aula regia Matritensi, postea ecclesiaste Altonaviensi, † 1772) in Büschingii *Magazin für die neue Historie und Geographie* (1768) T. II. p. 1-228. Plüer.

Eiusdem *Reise von Malaga nach Portugos in der Alpujarra*; ibid. T. IV. p. 373-378.

Eiusdem *Reise von Madrid nach dem Escurial*; ibid. T. 379-410. Postea haec omnia, additis nonnullis aliis Plüerii narrationibus hodoeporicis, coniunctim edita sunt hac inscriptione: CARL CHRISTOPH PLÜER'S *Reisen durch Spanien aus dessen Handschriften herausgegeben von* C. D. Ebeling, *Aufseher der Handlungsakademie in Hamburg*. Leipzig 1777. 8 mai. Cum (III) tabb. aen. — Hoc itinerarium optimis accensendum tum ob ἀκρίβειαν autoris, tum propter relationem de locis Hispanis, ad quae peregrinatores alii raro accedere solent. Antiquitates Hispaniae pariter ac status recentior, geographia et historia natu-

talis egregias ex hoc libro lucrantur illuſtres. Inſertus eſt p. 146-202 catalogus codd manu ſcriptorum hebraicorum, arabicorum graecorum in bibliotheca monaſterii Eſcorialis, at paullo negligentius confectus. Catalogus codicum latinorum ab Ebelingio haud repetendus exhibuit Büſchingius loco excitato. Addidit Ebelingius notulas.

Cf. BÜSCHINGII *wöchentl. Nachrichten* a. 1777. p. ſqq. Add. EBELINGII Praef. ad Plüerii Hiſtorium.

Allgem. teut. Bibl. Anhang zum 25 *bis* 36 *Band* p. 1530 ſq.

Puente ſ. Ponz.

Viage de Eſpaña, o cartas, en que ſe da noticia de las coſas mas apreciables y dignas de ſaberſe que ſe hallan en ella. Por D. ANTONIO DE LA PUENTE (cuius vero auctoris nomine PONZ, Academiarum elegantiorum Matritenſi ab epiſtolis, ipſe in titulo voluminis tertii et ſequentium fatetur). En Madrid 1772-1788. XV Voll. Cum tabb. aeneis. Volumen primum ter, ſequentia usque ad decimum bis recuſa ſunt. Illa priora *Theotiſce* reddita atque notis et additionibus locupletata a *Joh. Andrea Dieze* prodierunt *Lipſiae* 1775. II Voll. in 8 mai. — Excitavit plurium Hiſpanorum bilem *Caimo* in itinere paullo ante commemorato, vituperiis in gentem Hiſpanam ſparſis, licet, ut ipſe itinerarii Ponziani editor fatetur, non ſemper immeritis. Igitur Itali huius aliorumque peregrinatorum ſententiae et iudicia de Hiſpania eiusque incolis emendarentur, veritatique ſanctius litaret aula regia ipſa Ponzio, qui antea multos per annos in Italia artium elegantiorum colendarum gratia commoratus fuerat, ſuaſit, ut iter

patriae provincias inſtitueret, eiusque
tionem typis mandaret. Cui igitur con-
n ſatisfecit, ut in epiſtolis, quibus itinera-
ndidit, veritatis ſtudium, ſenſus veri pul-
r, elegantia, amor in patriam ſincerus,
quovis modo iuvandi ardor, ubique fere
t. Invehitur adeo paſſim paullo acrius in
res, ubi perverſa eorum ratio, in artibus
rum elegantioribus exercendis, animum
concitavit. Nam artibus iſtis auctor ſum-
dicavit curam, maxime vero architecturae,
ae ac ſculpturae, omiſſis tamen minime
rebus memorabilibus. Nec hanc curam
s vanam fuiſſe, paſſim affirmatur. Tomus
s de urbe Toletana et Complutenſi potiſſi-
agit. Epiſtolae toni ſecundi omnes in eo
s magnificentiſſimi monaſterii Eſcorialen-
criptionem perfectam, potiſſimum ratione
architectonicae et pictoriae, ut et biblio-
e regiae ibidem ſervatae, tradant. In tomo
agitur de Cuenca et Valencia, in quarto
n de Valencia, in quinto de urbe Matritenſi,
xto, cui praefatio de rebus geſtis a rege Ca-
III in commodum regni ab an. 1759 usque
76 praefixa, exponuntur varia de ſtatu Hi-
e politico recentiore ſcitu iucundiſſima, de
is adeo Hiſpanorum in America. Addun-
nonnulla de palatiis regiis in urbe Matritenſi,
s ſeptimus et octavus ſiſtunt potiſſimum
diam incolarum provinciae Eſtremadurae
negotia mercatoria. Nec omittuntur va-
prehenſione auctoris digna. Tomus no-
ſcribit Hiſpalin; decimus Segoviam, prae-
rem oviariam et lanariam. In tomo un-
o auctor pergit in expoſitione memorabi-
urbis Segovienſis. Addit nonnulla de Va-

len-

lentia, et de oppidis quibusdam. Tomu decimus ſiſtit varia de Burgis, Medina de po, Salamantica, Avila et de civitate Ro Paſſim auctor reſpexit ad ſcriptores de reb ſpanis vetuſtiores, eorumque narrationes firmavit vel refutavit, vel emendavit. Re rum voluminum argumenta nondum ex poſſumus. Tomo poſteriori verſionis T ſcae, multis mendis typographicis inqu additus eſt a *Dietzio* recenſus potiorum itine rum Hiſpaniam ſpectantium. Utinam et archetypi ſequentes Theotiſce redderentu Videantur, quae poſtea de *Dilloni* opere remus.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1777. p. 473-477. a p. 577-582. p. 620-624. p. 701 ſqq.

Büſchingii woechentl. Nachr. a. 1776. p. 242 ſq.

Eiusdem *Viage fuera de Eſpaña.* Madrid II Voll. in 8. — Maxima quidem huius it rii pars agit de regionibus extra Hiſpaniam Anglia ſcilicet, Francia atque Belgio; i tamen etiam obſervationes ſuper provinciis vitatibus Hiſpanicis, v. c. Alava, Vergara, pelona, Tudela.

Twiſs. RICHARDI TWISS *Travels through Portug Spain in* 1772 *and* 1773. Lond. 1774. 4.

Cf. ſupra Vol. V. P. II. p. 124 ſq.

Bowles GUILIELMI BOWLES (Angli quidem, ſe Hiſpaniae a conſiliis metallicis) *Introduccio hiſtoria natural y geografia fiſica del Reyno de Ej* Madrid 1775. 4. Editio II..... *Francogallic* Vicecomite *de Flavigny*) Pariſ. 1776. 8 mai. lice hac epigraphe: GUIL. BOWLES *Introdu*

toria naturale et alla geografia fiſica di Spagna, ...ata et commentata da Cavaliére D. Guiſ. Nic. ...ra, *et doppo la II Edizione Spagnola più ar...ate note; tradotta di* Franc. Milizia. Parma ...t. Plura qui de hoc opere, ex pluribus ...s itinerariis compoſito, hiſtoriae naturali, ...ue rebus metallicis, potiſſimum inſervi...ire velit, adeat Semperii *Enſayo de una ...a Eſpañola* T. I. p. 223-229 et *Getting. gel. ...gen* 1777. *Zugabe* p. 545-555, et a. 1784. ...q. Conferatur etiam DILLON mox com...randus.

WOLFGANGI BAYERI *Reiſe nach Peru;* in Mur- Bayer. ...*ſeum* P. III. (1776) p. 123-150; ubi varia ...ntur de inſulis Balearibus, de Malaga, ...ltaria, Gadibus, et Granata. Cf. huius ...l. Vol. III. P. II. p. 30.

PHILIPPI THICKNESS (aliis THICKNESSE) *Year's* Thickneſs. ...*y through France and part of Spain.* Bath and ...don 1777. II Voll. in 8 mai. Cum figg. aen. ...ſa hac inſcriptione: PHIL. THIKNESSE's *Rei...durch Frankreich und einen Theil von Catalonien. ...dem Engliſchen.* Leipzig 1778. 8 mai. Cum ...aen. Notitiae ſcitu dignae raro in hoc li...reperiuntur. De incolis Cataloniae auctor ...nde narrat, de monaſterio *Montſerrate* ac de ...usdam aliis. Auctor, hodie praefectus ar... *Landguard Fort*, in Hiſpania ſolum Barcino... usque pervenit.

Gotting. gel. Anzeigen a. 1778. *Zug.* p. 44 ſqq. ...*em. tent. Bibl.* T. XXXVIII. p. 534 ſqq.

GUILIELMI DALRYMPLE *Travels through Spain* Dalrymple. *Portugal in* 1774. London 1777. 4. Cf. ſu... Vol. V. P. II. p. 125. Iter per Hiſpaniam inſtituit

a. 1775 contra Algeriam ſuſcepta. Copioſe
Provincia et urbe Valentiniana earumque p
ventibus induſtriaque differitur; eadem fere
tione de Murcia. Regni Granatenſis hiſtori
conditio tempore Arabum ibi regnantium e
tibus maximam partem exhibetur. Malaca, G
des, Hiſpalis, Corduba, Matritum et mon
rium Eſcorialenſe curatius deſcribuntur, a
horum aliorumque hiſtoria brevi. Multa de
ribus et ritibus, de amictu adeo Hiſpanorum
ſperguntur. Nec res litteraria plane negligi

Cf. (FRID. EKKARD) *in Meuſelii hiſtor. Litterar*
1781. Partic. VI. p. 494-502. Part. VII. p. 1-9.

(Idem) *in Gothaiſchen gel. Zeitungen* a. 780. p.
565. et in *Greifswaldiſchen critiſchen Nachricht*
1781. p. 97-102.

Beſchreibung etc. *Beſchreibung einer Reiſe, welche im Jahr 17*
nach der Sierra Morena in Spanien vom Elſas aus
ternommen worden. Leipzig 1780. 8. Amicis q
dem auctor anonymus hunc libellum ſcripſit;
inſunt quoque, quae alios delectare poſſint,
cet trita nonnulla et falſa occurrant. De Ga
bus et Hiſpali memoratu digna auctor ref
Taurorum concertationem clarius, quam vul
deſcripſit. Colonias famoſas in Sierra Mor
haud vidit, quamvis libelli inſcriptio narra
nem de iis exſpectari iubeat.

Cf. BÜSCHINGII *wochentl. Nachr.* a. 1781. p. 21 ſq

(Peyron) Eſſais etc. *Eſſais ſur l'Espagne, Voyage fait en* 1777
1778; *où l'on traite des moeurs, du caractère,*
monumens, du commerce, du theatre, et des tribuna
*particuliers à ce Royaume; par M. P***** (PEYR
de Lyon, † 178...) à Geneve 1780. 8. Et h
Epigraphe: *Nouveau Voyage en Espagne fait*
1777. *et* 1778. à Londres 1783. II Voll. in 8
Th

Theotisce hac inscriptione *Ueber Sitten, Temperament, Alterthümer, Ackerbau, Handel, Theater, Finanzen und die Gerichtshöfe Spaniens. Von einem reisenden Beobachter in den Jahren 1777 und 1778. 1ster Band, aus dem Französischen, mit Documenten, die aus dem Spanischen übersetzt worden.* Leipz. 1781. *2ter und letzter Band, aus dem Französischen.* ibid. eod. 8 mai. — Auctor huius itinerarii longe meliora utiliorave nos edocet, quam vulgus scriptorum hodoeporicorum. Argumenta maioris momenti, de quibus ille exponit, titulus indicat. Praemissis notitiis generalibus super historia et geographia Hispaniae, itineris descriptio incipit a Catalonia, atque continuatur per Valentiam, Murciam, Granatam, Hispalin (ubi de Gadibus curatius exponitur), Andalusiam, Sierram Morenam, Toletum, Matritum, monasterium Escorialense, Segoviam. Sequuntur observationes super Hispanorum moribus, ritibus, literatura, agricultura, caet. Subiuncta sunt, quae auctor in itinere ab urbe Matritensi usque ad Baionnam observavit. Auctor et corrector versionis Theotiscae ignorantiae et negligentiae nimmi in deturpando libro utilissimo fuisse videntur.

Cf. *Allgem. teut. Bibl. Anhang zu dem 37sten bis 52sten Band* T. I. p. 541-544.

Travels through Spain with a View to illustrate the Natural History and physical Geography of that Kingdom; in a Series of Letters, including the most interesting subjects contained in the Memoirs of Don Guillermo Bowles *and other Spanish Writers, interspersed with Copperplates and a new Map of Spain; with Notes and Observations relative to the Arts and descriptive of modern Improvements, written in the* Dillon.

courſe of a late Tour through that Kingdom, by J TALBOT DILLON, *Knight and Baron of the ſa Roman Empire.* London 1780. 4 mai. — T *tiſce* additis nonnullis epiſtolis e Bowleſii op a Dillono praetermiſſis (ab *J. Andr. Engelbr* Lipſ. 1782. II Voll. in 8 mai. Cum tabb. aen. cerpta exhibentur *in Hannöver. Magazin* a. 17 p. 578-600. — Opus quidem ſplendidum carum, novarum tamen rerum valde in Farraginem enim excerptorum ex pluribus a rum libris, maxime Bowleſiano et Ponzia (quantum huius tunc temporis exſtiterit) pe ſimum comprehendit. Ex quibus gratiſſi ſunt, quae e libris Hiſpanis exhibentur. Suas ſervationes, maximam partem leves atque trivio petitas, Anglus partim margini part finibus relationum allevit. Liber duabus di vitur partibus, quarum prior XXV, poſteri XXIII. epiſtolas continet. Et prima quidem e ſtola agit de diviſione Hiſpaniae geographica, origine et curſu fluminum. Secunda ſiſtit ſcriptionem itineris a Baionna ad Pampelun indeque Matritum. Tertia hiſtoriam natural quercus cocciferae, excerptam ex *Joh. Pauli nalsy Marti* diſſertatione ſuper hoc argumento ſpana (*Matriti* 1768). Quarta Hiſpanorum tionem nitrum producendi. Quinta et ſexta ſcriptionem ac cultum ovium vellere molli veſtitorum, ubi et de eorum incommodis. ptima, obſervationes ſuper Matrito. Octa deſcriptionem palatii et hortorum Araniuc rum. Nona, narrationem de thermis et fo bus Trillianis, duce Ortega. Decima, deſc ptionem palatii S. Ildefonſi, paucaque de Se via. Undecima, iter Matrito Burgos inſti tum. Duodecima, iter inde ad provincias A

vi

vam et Guipuſcoam directum. Decima tertia, fricturas Mondragonenſes arteque ex iis facta. Decima quarta, tractum Reinoſae, fontem Iberi, et canalem Caſtellanum. Decima quinta, uvam urſi. Decima ſexta, Biſcaiae deſcriptionem. Decima ſeptima, ingenium incolarum huius provinciae. Decima octava, Bilbaum eiusque incolas. Decima nona, culturam ſilvarum in Hiſpania perverſam. Viceſima, metallifodinas Biſcaienſes. Viceſima prima, obſervatio es in cuprifodinam Platillae in dynaſtia Molina. Viceſima ſecunda, fontem Tagi, cum tractu adiacente. Viceſima tertia, fodinam cadmiae in valle Aragonenſi verſus montes Pyrenaeos. Viceſima quarta, fodinam aluminoſam ad Alcanizum in Aragonia. Viceſima quinta, varia mineralogica. — Pars poſterior agit, praeter alia, de argenti vivi fodinis ad Gualdalcanalem, de itinere verſus Meridam in Eſtremadura, de locuſtis hanc provinciam vaſtantibus, de monaſterio S. Juſti, de itinere verſus Gualdalcanalem, et de argenti fodina ibi culta, de itinere verſus Hiſpalin, de flumine Tinto et de cuprifodina apud eius originem, de Gienno eiusque fodinis plumbeis, de itineribus ad Malacam, Granatam, Corduham, Carthagenam et Murciam, Valentiam atque Cataloniam. — Verſio Theotiſca negligentiae accuſatur.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1781. *Zugabe* p. 785-795. a. 1782. p. 689 ſqq.

Allgem. teut. Bibl. T. LIV. p. 461-464.

(FR. ECCARDUS) in Meuſelii *hiſtor. Litteratur* a. 1781. Partic. VIII. p. 109-117.

(Eiusdem) *Letters from an Engliſh Traveller in Spain in* 1778, *on the origin and progreſs of poe-*

Letters etc.

try of that kingdom, with occaſional reflexions on Manners and Cuſtoms, and Illuſtrations of the Romance of Don Quixote. Adorned with Portraits of the moſt eminent Poets. Lond. 1781. 8. Notitiae breves huius libri non ſatisfaciunt rerum iſtarum peritis.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1782. p. 1134 ſqq.

de Langle. (Marchionis DE LANGLE) *Voyage de Figaro en Eſpagne.* à St. Malo 1784. II Tomi in 12. à *Neufchatel* 1785. II Tomi in 8. *Theotiſce* a K. H—r. *Lipſ.* 1785. — 1786. III Partes in 8. Excerpta exſtant in (Bertrami) *Ephemeriden der Litter. u. des Theaters* a. 1787. P. III. p. 132-144. 158-160. — Praeter nonnulla lectu ſatis iucunda de moribus Hiſpanorum, omnia levitatem et vanitatem ſpirant.

Cf. *Allgemeine Litteratur-Zeit.* a. 1785. Nr. 312.

Volkmann. D. JOH. JACOBI VOLKMANN *Neueſte Reiſen durch Spanien, vorzüglich in Anſehung der Künſte, Handlung, Oekonomie, und Manufakturen, aus den beſten Nachrichten und neuern Schriften zuſammengetragen.* Lipſ. 1785. II Voll. in 8 mai. Auctor, pluribus huius generis compilationibus utique opportunis clarus, ipſe Hiſpaniam, vel titulo libri docente, haud obivit, ſed e recentioribus itinerariis aliisque libris congeſſit, quae argumenta, in epigraphe indicata, illuſtrare poſſunt. Paſſim propter nimiam brevitatem non ſatisfacit. Plura tamen paullo uberius ordineque lucido exponuntur. Ex ſubſequentibus itinerariis varia mutari et emendari poſſunt.

Cf. *allgem. teut. Bibl.* T. LXIX. p. 161 ſq.

Allgem. Litt. Zeit. a. 1785. Nr. 172. a. 1786. Nr. 82.

De

CHRISTOPHORI HARVEY *Letters from Por-* Harvey.
tugal and Germany (Lond. 1785) v. supra
II. p. 127.

itis DE BOURGOING) *Nouveau Voyage en* Bourgoing.
en Tableau de l'Etat actuel de cette Monar-
chie. Avec une Carte des plans et des figures en taille douce. T. I.
in 1788. 8 mai. *Theotiſce* cum annotatio-
erpretum *Bertuchii*, Vinariensis, et *Kay-*
sbonensis, *Jenae* 1789-1790. II Voll. in
um tabb. aeneis. Prae caeteris itinera-
ntioribus hocce maxime commendan-
e novitatem et ubertatem rerum memo-
, ſive curam circa earundem veritatem
, ſive auctoris integritatem, quae pru-
dmodum cavit, ne vel in laudando vel
erando modum excederet, reſpicias.
ere, quos hactenus recenſuimus, ſcri-
odoeporici tantum temporis obſerva-
ſuis haud impenderunt, quantum
dam relationem de iisdem requiri-
ſingulis quidem rebus fidem merentur,
is ſumma plerumque infelix. Noſter
ncogallus, eo quoque temporis momen-
haec ſcribimus, gentis ſuae in aula Ma-
ratpr, eodem munere antea per ſex an-
us fuerat. Qua via certior factus de re-
tum notitia vulgares peregrinatores fu-
t. Accedit in hoc viro rerum politica-
riae ac geographiae ſummum ſtudium,
nimusque liberalis, quo lectores iucun-
fficit. Opus ſane titulo auguſtiore in-
m fuiſſet; non enim in eo videbis iti-
nerum, ſed potius, vel epigraphe ipſa

quoque monente, expoſitionem ſtatus monarchiae Hiſpanae politici. Iter, filum quaſi rerum graviorum expoſitioni porrigens, inde ab anno 1782 per Biſcaiam, per Burgos, Valliſoletum et Segoviam verſus S. Ildefonſum, ubi aula regia tunc habitaverat, directum. Qua occaſione auctor diſſerit de aula iſta, de claſſe hominum nobilium, de ordinibus equeſtribus, de regni administratione, nec non de operibus artium elegantiorum Ildefonſianis. Poſt exponitur de monaſterio Eſcorialenſi eiusque memorabilibus, de Matrito, de huius urbis inſtitutis litterariis, de officinis et fabricis variis, de viis publicis, de re Hiſpana iudiciaria, de aulae habitu erga curiam Romanam, de clero, de inquiſitione, quam appellant. Volumen operis poſterius praeclare aeque ac copioſe redituum regni administrationem exponit, ut et rem monetariam, poſtea rem militarem, navalem, ac mercatoriam. Quae ſubſequuntur de indole et ingenio Hiſpanorum ſine ulla ira et ſtudio ita traduntur, ut vel Hiſpanis ipſis, ſi ſapiant, haud diſplicere poſſint. Tertius archetypi tomus continet deſcriptionem itineris verſus Aranjueſium, in Valenciam, ubi potiſſimum de opificiis ſericis ſermo, verſus Gades per Sierram Morenam, ubi de novis coloniis, verſus Cordubam et Hiſpalin, Gadium commercia uberius exponuntur. Gibraltariam quoque auctor viſit indeque Matritum rediit. Poſthac quibusdam etiam aliis locis operam dedit, praecipue Salamanticae, cuius inſtituta litteraria deſcribuntur, ac Toleto. De artium elegantiorum operibus breviter et recte auctor iudicat. Narrandi genus ſuave admodum eſt lectoremque tenet. — Verſio huius itinerarii Theotiſca archetypo fere praeferenda videtur, quum ob notulas

tulas adſperſas, tum ob appendices, quarum altera, priori tomo adiecta, verſionem ſiſtit catalogi critici picturarum in palatiis regiis, a *Richardo Cumberlando*, Anglo, confecti: altera, tomo poſteriori ſubiuncta, *T. C.* TYCHSENII, Profeſſoris Goettingenſis, qui fere eodem tempore, quo Francogallus noſter, Hiſpaniam peragravit, diſſertationem bonae frugis rerumque novarum plenam de bonarum litterarum ſtatu praeſenti in Hiſpania, addito catalogo librorum Hiſpanorum recentiorum. Appendix contra archetypi, regulas ſancti, quod Hiſpani vocant, officii exhibens, ab editoribus verſionis Theotiſcae reſecta eſt, quoniam easdem plenius habemus, in collectione Reuſſiana, de qua infra.

Cf. (TYCHSEN) in *Goetting. gel. Anzeigen* a. 1789. p. 386-391. a. 1790. p. 276 ſq.

Allgemeine Litteratur-Zeitung a. 1789. T. II. p. 669-670. a. 1790. T. II. p. 177-180.

A Journey through Spain in the years 1786 and Townsend. *1787, with particular attention to the Agriculture, Manufactures, Commerce, Population, Taxes and Revenue of that Country; and Remarks in paſſing through a part of France.* By JOSEPH TOWNSEND, *A. M. Rector of Pewſey, Wilts, and late of Clare-Hall, Cambridge.* London 1791. III Voll. in 8. *Theotiſce a Joh. Jac. Volkmann.* Lipſ. 1792. II Voll. in 8 mai. Excerpta exſtant in *E. A. W. Zimmermanni Annalen der geograph. u. ſtatiſtiſchen Wiſſenſchaft.* a. 1791. Partic. I. p. 84-92. P. II. p. 128-139. P. III. p. 268-277. P. IV. p. 327-338. et in *P. J. Brunſii* eiusdemque *Zimmermanni Repoſitorium für die neueſte Geographie* etc. T. I. p. 132-270. T. II. p. 177-280. Et haec quidem excerpta dedit Brunſius, eaque notulis inſtruxit. — Anglus

glus quidem itinerarii praecedentis Francogallici haud meminit: illum tamen eodem uſum fuiſſe, inde patere videtur, quod iis in rebus, ubi Bourgoing copioſe narret, brevitati ſtudeat, ea contra, quae idem prorſus omiſerat vel ſolum tetigerat, paullo uberius explicet. Anglus etiam maiorem Hiſpaniae partem v. c. et Caſtellam veterem, Aſturiam et Legionem, obivit; idem de nonnullis aliter narrat ac ſentit, nec adeo perfunctorie, ut plurimi popularium, iter abſolvit, licet quoque levia et in vulgus nota paſſim occurrant. Quapropter ambo itineraria ſua bona habent, lectoribusque nova ſibi propria tradunt. Hiſpanos ſcriptores hinc inde in uſus ſuos convertit Anglus. Dictione vero Francogallus praeſtat Anglo. Quas potiſſimum res hicce ad obſervandum ſibi ſumſerit, operis epigraphe docet. Haud raro, quae iam dixerat, praeter neceſſitatem repetit. Nauſeam paſſim creant repetitiones crebriores querelarum ſuper viis infeſtis, cauponis incommodis, ingenti vi venditorum mercium vetitarum atque mendicorum. Quodſi Gallaeciam, Biſcaiam et Navarram excipias, omnes Hiſpaniae provinciae ab Anglo noſtro peragratae ſunt. In fine voluminis tertii de numiſmatibus Hiſpanis diligentius, quam a Clarkio aliisve, agitur.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1791. p. 1737-1748. *Goth. gel. Zeit.* a. 1791. *Ausländ. Litt.* p. 313-316.

SECTIO

SECTIO III.

Collectiones scriptorum rerum Hispanicarum.

Ad Hispaniae historiam illustrandam in primis faciunt scriptores varii, quorum plures singillatim editi, postea vero cum raro invenirentur, cum aliis nondum editis utili providoque ruditissimorum virorum consilio in certa *Corpora* et *Collectiones*, ut vocant, conducti. *Primam* conquisivit, dum voluntarius exsul varias Europae regiones perlustraret, ROBERTUS BELUS, Anglus, hoc titulo: *Rerum Hispanicarum Scriptores aliquot ex Bibliotheca clarissimi viri Dn.* Roberti Beli. *Nunc accuratius emendatiusque recusi *) et in duos Tomos digesti.* Francofurti 1579 fol. qua exhibentur sequentes, qui Latino sermone scripserunt; *Tomo* nimirum I: Belus

1. ARETII, *Syracusani*, *Hispaniae Chorographia.*

2. JOANNIS, *Episcopi Gerundensis*, *Paralipomenon Hispaniae Libri* X.

3. RODERICI XIMENII, Toletani, *Ostro-Gothorum*, *Hunnorum*, *Vandalorum*, *et Silingorum Historia.*

4. RODERICI SANCTII, Episcopi *Palentini*, *Historia Hispanica.*

5. JOANNIS VASAEI, Brugensis, *Hispaniae Chronicon.*

*) Haec verba non innuunt novam editionem totius collectionis, sed singulorum opusculorum, quae antea separatim diversis locis ac temporibus prodierant.

Tomo vero *ſecundo:*

6. ALPHONSI a CARTHAGENA, Epiſcopi Bu genſis, *Regum Hiſpaniae Anacephalaeoſis.*
7. MICHAELIS RILII, Neapolitani, *de regib Hiſpaniae* Libri tres.
8. FRANCISCI TARAPHAE, Barcinonenſis, *origine et geſtis regum Hiſpaniae Liber* I.
9. EIUSDEM *brevis rerum a Philippo II, Hiſ niae rege, geſtarum* Deſcriptio.
10. LUCII MARINEI, Siculi, *de rebus Hiſpa memorabilibus*, Libri XXII.
11. LAURENTII VALLAE *de rebus a Ferdina Aragoniae rege, geſtis*, Libri III.
12. AELII ANTONII, Nebriſſenſis, *Rerum Ferdinando V et Eliſabetha, Hiſpaniae Regib geſtarum* Decades duae.
13. EIUSDEM, *bellum Navarrenſe.*
14. DAMIANI A GOES, *Hiſpania.*
15. *Genealogia regum Hiſpaniae, ab Adamo que ad Philippum II.*

Succeſſit poſtea *Tomus tertius*, quem nonnu ignorare videntur, et quidem hac inſcription *De rebus geſtis a Franciſco Ximenio Ciſnerio, A chiepiſcopo Toletano*, Libri octo, *Authore* ALVA GOMECIO: *qui ſunt Rerum Hiſpanicarum* Tomus I *Nunc primum in Germania recuſi: quibus Inſcripti nes aliquot Tarraconenſes ex Hiſtoria Hiſpanica* L dovici Pontis *adiunctae ſunt. Omnia ſtudio* Joa Sambuci, *Paxonii etc.* Francofurti 1581. fol. Ha omnia Schottus quoque in ſuam collectionem de qua ſtatim, congeſſit, excepta Sambuci dec catione, tomo tertio praefixa, e qua non a re erit ſequentia repetere: „Ximenii res prude „ter et conſtanter feliciterque geſtas, tot annı „rum interregni variam faciem, quibus Carolo „noı

ondum ad ſceptra idonea aetate, longeque ab-
enti, Hiſpanias ille conſervavit, in Germania
ne recuderentur, ſaepe optavi: quod ipſum mo-
do per typographum ſum conſecutus. Nam
cum Wechelus, cuius typis aç diligentiae ni-
hil praepoſueris, ante annum duobus Tomis res
Hiſpaniarum denuo produxiſſet, inque illis Xi-
menium, cum Petro Medina et Ludovico Pon-
ce, qui Tarraconenſia ſeparatim comprehendit,
Mendozaeque familias nobiliores deſiderarem,
ſed hos nondum translatos ſcirem: dum Latini
fierent, (quod brevi ſuccederet et quarto Tomo,
vel potius nunc accuratur) author eidem fui,
Tertium interim *Tomum* uti adornaret ipſo hoc
momento Ximenio, et aliquot Tarragonenſi-
bus epigrammatis et Inſcriptionibus ex Hiſto-
ria Hiſpanica Ludovici Pontis adiectis.“

(*) *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. VIII. p. 13 ſqq.
(**) *Merkwürd. der Dresdner Bibl.* T. III. p. 444 ſq.

Altera, eademque locupletior multo *Collectio* Andr. et Franc. Schotti atque Piſtorius. inscribitur: *Hiſpaniae illuſtratae, ſeu rerum urbium, Hiſpaniae, Luſitaniae, Aethiopiae et Indiae ſcriptorum varii. Partim editi nunc primum, partim auctiores emendati. Tomis aliquot diviſi; opera et ſtudio clarorum hominum.* Francofurti, *Tomus* Primus 1603. *Tomus* Secundus 1603, *Tomus* Tertius 1606. *Tomus* Quartus 1608. fol. Adſcribi ſolet haec Collectio ANDREAE SCHOTTO, Jeſuitae doctiſſimo, qui *primum ſecundumque Tomum* curavit; *Tertium* edidit JOANNES PISTORIUS; *Quartum* qui in quibusdam exemplis deeſſe ſolet, FRANCISCO SCHOTTO, ANDREAE fratri, debetur. Inter rariora hiſtorici argumenti opera haec compilatio eſt referenda, ſuoque corpore plurima tenet monimenta;

I. MA-

1. MARII ARETII *Hiſpaniae Chorographia* Dialogi modum conſcripta p. 1.
2. JOANNIS MARGARINI, *paralipomenon H niae Libri* X. ab Herculis adventu ad C ſtum natum p. 9.
3. RODERICI SANCTII *hiſtoriae Hiſpanicae* al ventu Herculis ad tempora Henrici IV, ſtellae Regis, partes quatuor p. 121.
4. ALPHONSI *a* CARTHAGENA. *Regum Hiſp anacephalaeoſis* ab Herculis adventu ad H ricum IV. C. R. p. 246.
5. LUCII MARINEI, Siculi, *de rebus Hiſp memorabilibus libri* XXII, ab origine genti Carol. V. p. 291.
6. FRANCISCI TARAPHAE, *de origine ac g geſtis Regum Hiſpaniae liber*, a Tubal Carolum V. Imper. p. 518.
7. *Brevis rerum a Philippo II, Catholico K geſtarum deſcriptio* p. 569.
8. JOANNIS VASAEI *rerum Hiſpanicarum Ch con*, a Tubale ad mortem Veremundi Caſtellae R. p. 572.
9. LAURENTII VALLAE, *de rebus a Ferdina Aragonum Rege* (Henrici III. Caſtellae R. tre) *geſtis* libri III. p. 727.
10. AELII ANTONINI, Nebriſſenſis, *rerum Ferdinando V, et Eliſabetha, Hiſpaniarum gibus, geſtarum Decades duae* p. 786. E dem. *de bello Navarrenſi libri duo* p. 609.
11. ALVARI GOMECII *de rebus geſtis Fran Ximenii libri* VIII. nomine Academiae C plutenſis ſcripti; acceſſere *Inſcriptiones nullae Tarraconenſes, ex Hiſtoria Hiſpa Ludovici Pontii*, ſtudio *Joannis Sambu* 927.
12. DAMIANI A GOES *Hiſpania* p. 1106.

13. MICHAELIS RILII *de Regibus Hiſpaniae libri* III.

14. *Genealogia regum Hiſpaniae recens ex Italico translata et diverſorum Principum ac Ducum militarium* catalogus, ab Adamo ad Philippum II. p. 1182.

Tomus SECUNDUS *Hiſpaniae illuſtratae* exhibet:

1. S. ISIDORI *de claris praeſertim Hiſpaniae ſcriptoribus ac epiſcopis* Librum p. 1. Qui alias cum appendicibus BRAULIONIS, Epiſcopi Caeſarauguſtani; ILDEFONSI, Epiſcopi Hiſpalenſis; JULIANI, Praeſulis Toletani; FELICIS, Praeſulis Toletani, et incerti Auctoris cum notis *Andreae Schotti* prodiit *Tolet.* 1592. *f. Moguntiae* 1605. 4. *Prior* etiam *Pars* in Caſtellanam linguam translata, *Madriti* 1608. *f.*

2. RODERICI XIMENES *rerum in Hiſpania geſtarum libros* IX. ad Ferdinandum ſanctum Caſtellae R. a. 1243. p. 25.

3. Eiusdem *Oſtrogothorum hiſtoriam p.* 148.

EIUSDEM *Hunnorum, Vandalorum ac Suevorum et Alanorum et Silingorum hiſtoriam* p. 151.

4. Eiusdem *hiſtoriam Arabum a Mahomede usque ad Almoadum* p. 162.

5. Eiusdem *hiſtoriam Romanorum* p. 186.

6. PETRI PANTINI *de dignitatibus et officiis regni et domus regiae Gothorum commentarium* p. 195.

7. JOANNIS MARIANAE *Hiſtoria de rebus Hiſpaniae libros* XX. a Tubale ad Joannem II, Caſtellae Regem a. 1429. p. 205.

8. AL-

1. MARII ARETII *Hiſpaniae Chorographia*, in Dialogi modum conſcripta p. 1.

2. JOANNIS MARGARINI, *paralipomenon Hiſpaniae Libri* X, ab Herculis adventu ad Chriſtum natum p. 9.

3. RODERICI SANCTII *hiſtoriae Hiſpanicae* ab adventu Herculis ad tempora Henrici IV, Caſtellae Regis, partes quatuor p. 121.

4. ALPHONSI *a* CARTHAGENA. *Regum Hiſpaniae anacephalaeoſis* ab Herculis adventu ad Henricum IV. C. R. p. 246.

5. LUCII MARINEI, Siculi, *de rebus Hiſpaniae memorabilibus libri* XXII, ab origine gentis ad Carol. V. p. 291.

6. FRANCISCI TARAPHAE, *de origine ac rebus geſtis Regum Hiſpaniae liber*, a Tubale ad Carolum V. Imper. p. 518.

7. *Brevis rerum a Philippo II, Catholico Rege, geſtarum deſcriptio* p. 569.

8. JOANNIS VASAEI *rerum Hiſpanicarum Chronicon*, a Tubale ad mortem Veremundi III, Caſtellae R. p. 572.

9. LAURENTII VALLAE, *de rebus a Ferdinando Aragonum Rege* (Henrici III. Caſtellae R. fratre) *geſtis* libri III. p. 727.

10. AELII ANTONINI, Nebriſſenſis, *rerum a Ferdinando V, et Eliſabetha, Hiſpaniarum regibus, geſtarum Decades duae* p. 786. Eiusdem *de bello Navarrenſi libri duo* p. 609.

11. ALVARI GOMECII *de rebus geſtis Franciſci Ximenii libri* VIII. nomine Academiae *Complutenſis* ſcripti; acceſſere *Inſcriptiones nonnullae Tarraconenſes, ex Hiſtoria Hiſpanica Ludovici Pontis*, ſtudio *Joannis Sambuci* p. 927.

12. DAMIANI A GOES *Hiſpania* p. 1106.

13.

10. L. ANDREAE RESENDII *antiquitatum Lusitaniae libros* IV. *et de municipio Eborensi* librum unum ab *Andrea Schotto*, e Lusitanicis Latinum factum p. 892.

11. IACOBI MENOETII Vasconcelli, JCti Lusitani, *de Eborensi municipio* Commentarium p. 985. Manbeni.

12. LUGII ANDREAE RESENDII *pro Colonia Pacensi epistolam ad Johannem Vasaeum* p. 997.

13. Eiusdem *pro SS. Martyribus; Vincentio Ulyssponensi, Vincentio, Sabina, et Christeta, Eborensibus civibus, ad Bartholomaeum Kebedium epistolae* p. 1001.

14. AMBROSII MORALIS *epistolam ad Resendium* p. 1021; *cum eiusdem responsione*, de variis patriarum antiquitatum momentis.

15. JOANNIS ANTONII VIPERANI, *de obtenta Portugallia a Rege Catholico Philippo historiam* p. 1031.

16. HIERONYMI CONESTAGGII *de Portugalliae unione cum regno Castellae* Libb. X. p. 1058.

17. DUARDI NONII LEONIS *censuras in libellum de regum Portugalliae origine, qui Fratris Joannis Teixerae nomine circumfertur* p. 1222.

18. Eiusdem *de vera regum Portugalliae genealogia* Librum p. 1254.

19. *Catalogum omnium Aethiopiae regum*, ex Aethiopica lingua translatum p. 1278.

20. CHRISTOPHORI COLUMBI *de insulis nuper inventis epistolam* p. 1282.

21. *De legatione Imp. Aethiopiae ad Clementem VII. pontificem* p. 1284.

22. DAMIANI A GOES Tractatum *de religione et moribus Aethiopum* p. 1285.

33. Eiusdem *de regno Aethiopiae* ac populo deque moribus eiusdem p. 1286.

34. JOHANNIS, Portugalliae Regis, *Litterae ad Clementem VII.* P. R. p. 1287.

35. EIUSDEM *Deplorationem Leppianae gentis* p. 1313.

36. *Epiſtolam* EMANUELIS, *Regis Portugalliae ad Leonem X. de victoriis nuper in Africa habitis* p. 1315.

37. *Epiſtolam* JOANNIS III, *Regis Portugalliae ad Paulum III. P. M. de rebus in Oriente feliciter geſtis* p. 1316.

38. DAMIANI A GOES *Diuſii urbis oppugnationem* p. 1319.

39. EIUSDEM *de bello Cambaico II.* Commentarios tres p. 1328.

40. JACOBI TEVII *de rebus a Luſitanis ad Diuum geſtis* Commentarios p. 1345.

41. *Narrationem rerum in India* An. 1530 *geſtarum Latina factam* per L. Andr. Reſendium p. 1372.

42. JOAN. MARIANAE *Hiſtoriae Hiſpanicae appendicem.*

Tomus tertius habet:

1. HIERONYMI SURITAE *Indices rerum ab Aragoniae Regibus geſtarum*, Libris III.

2. GAUFRIDI MALATERRAE, *Monachi, rerum geſtarum a Roberto Viſcardo, Calabriae Duce, et Rogerio, fratribus, in Campania, Apulia, Bruttiis, Calabris et in Sicilia Libros IV.* p. 282.

3. ALEXANDRI, Coenobii S. Salvatoris Vallis Celeſinae Abbatis, *Rogerii, Siciliae Regis, rerum geſtarum libros* IV. p. 344.

4. *Ex-*

4. *Extracta de Chronica Fratris Ptolemaei de Lucca*, Fratris Ordinis Praedicatorum, *de gestis summorum Pontificum, et occurrentibus tempore eorundem super Roberti Guiscardi genealogia* p. 372.
5. BERNHARDI GOMESII *de vita et rebus gestis Jacobi I, Regis Aragoniae, cognomento Expugnatoris*, Libros XX. p. 384.
6. HIERONYMI BLANCAE, *Commentarios rerum Aragonensium*, qui incipiunt in clade *Roderici* et finiunt in *Philippum II.* p. 576.
7. *Genealogicas Tabulas* primum *Regum Aragoniae*, et illustris Familiae Aragonicae *Lanuzarum* ex Blanca; deinde gentis *Nordmannitae* ab Anno 1035 ad 1195; et tandem illustrissimae *Gironum* familiae p. 840.
8. *Codicis Legum Wisigothorum libros XII et Isidorii Hispalensis, episcopi, de Gothis, Vandalis, et Suevis Historiam; sive Chronicon, et Procopii Caesarienſis Rhetoris ex libro VIII Historiarum locum de Gothorum origine; ex bibliotheca Petri Pithoei* p. 841.

Tomus quartus continet:

1. LUCAE DIACONI, Tudensis, *Chronicon Mundi ab Origine usque ad annum* 1274. p. 1.
2. VICTORIS, episcopi TUNNUNENSIS *Chronicon ab XIIX Consulatu Theodosii Junioris usque ad annum Christi* 563. p. 117.
3. JOANNIS abbatis BICLARIENSIS, *Chronicon ab initio regni Justini iunioris, usque ad annum octavum Mauritii Imperatoris* p. 152.
4. IDACII *Chronographiam a primo rege Assyrorum, Nino, usque ad annum secundum Anthemii* p. 160.

5. EULOGII Martyris *Operà, eiusdemque vitam cum ſcholiis Ambroſii Moralis* p. 223.

6. LUDOVICI NONII *Hiſpaniam, ſeu populorum urbium, inſularum et fluminum in ea accurata rem deſcriptionem* p. 373.

Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. VIII. p. 16-35.

(GOERTZII) *Merkwürdigk. der Dreſd. Bibl.* T. III. p. 445 ſq.

DENIS *Merkwürd. der Garell. Bibl.* p. 613-617.

Hiſtorias etc. *Tertia* Hiſtoricorum ad res *Hiſpanas* an tiquas cumprimis illuſtrandas *Collectio* prodiit *Hiſpanice* ſic inſcripta: *Hiſtorias de Idacio Obiſpo, que eſcrivió poco antes que, Eſpaña ſe perdieſe, de Iſidoro, Obiſpo de Badajoz, de Sebaſtiano, Obiſpo de Salamanca, de Sampiro, Obiſpo de Oviedo etc. Notas tocantes a eſtas Hiſtorias y Reyes de ellas; recogidas per D. Fray* PRUDENCIO *de* SANDOVAL. *En Pamplona* 1615. *ibid.* 1634. fol. *min.* qua quinque breviora Latine ſcripta *Chronica* exhibentur, nempe

1. IDACII *Chronicon.*
2. ISIDORI, Epiſcopi Pacenſis, *Chronicon.*
3. SEBASTIANI, Epiſcopi Salamanticenſis, *Chronicon.*
4. SAMPIRII, Epiſcopi Aſtorgenſis, *Chronicon* et
5. PELAGII, Ovetenſis Epiſcopi, *Chronicon.*

Singula V Chronica XIX plagulas in folio, ut aiunt, implent, copioſis tamen Sandovalii notis, Hiſpanice ſcriptis, adiectisque diplomatibus, illuſtrata. Sed haec collectio noſtris in oris perrara eſt.

da Llaguno irola. *Quarta* et recentiſſima collectio, parata ab Hiſpano doctiſſimo, EUGENIO DA LLAGUNO AMIROLA, praefecto expeditioni rerum exterarum regiae

giae Matritenſi, hac quidem epigraphe: *Colleccion de Coronicas de los Reyes de Caſtilla.* En Madrid 1779-1784. V Voll. in 4. Nondum, quantum ſcimus, abſoluta eſt haec collectio, cuius notitiam curatiorem exhibere nequimus. Legimus quidem talem in Ephemeridibus litterariis Argentoratenſibus, quae vero nunc non ad manus ſunt.

SECTIO IV.

Scriptores, qui hiſtoriam Hiſpanam vel integram vel magna ex parte expoſuerunt.

Ex fontibus hiſce modo memoratis aliisque condendae hiſtoriae praeſidiis, Hiſpanico aliove idiomate permulti libros deduxerunt, omnem fere Hiſpaniae hiſtoriam illuſtrantes claſſique huic ex parte adſcribendi. Agmen horum ducat:

RODERICI SANCTII (DE AREVALO) Hiſtoria Hiſpanica. *Palentiae* 1470. fol. In *Reli* collectione T. I, et in *Schottiana* T. I. Singulari etiam titulo *Francof.* 1603. fol. *Italice* ſic inſcripta: *Compendioſa Iſtoria Iſpanica di* RODERICO SANTIO. in Roma *per Udalrico Gallo.* fol. Sine loco, ſed, ut videtur, circa annum 1470. Quae verſio, ut et archetypi editio Palentina, libris rariſſimis accenſetur. Auctor ipſe natus in oppido S. Mariae de Nieva, Segobienſis dioeceſeos, anno 1404. Peractis diſciplinarum politiorum ſtudiis in univerſitate litterarum Salamantina, ſacerdos factus, variis inde per Hiſpaniam dignitatibus perfunctus eſt. Archidiaconus Trevinienſis quum eſſet, regique Johanni II ab epiſtolis, hic illum miſit

Sanctius

oratorem in curiam Friderici Imperatoris. Varias poſtea legationes obivit, tempore potiſſimum Concilii Baſileenſis, circa a. 1440. Sic Nicolai V, Pontificis Romani, nomine apud Philippum, Burgundiae Ducem, oratorem egit. Porro autem, quum Decanus adhuc eſſet Hiſpalenſis eccleſiae, denuo Romam ſe contulit ad Calixtum III, Pontificem recens electum, orator obedientiae, ut vocant, Henrici regis. Quo in loco, ut creditur, hinc perpetuo manſit, Ovetenſis brevi factus epiſcopus. Paullo autem II Pontifice maioribus adhuc cumulatus honoribus Romae usque ad obitum vixit. „Hic Pontifex, „ipſe ait (in hiſt. Hiſp. Cap. XV), quo die apicem „ſummi Pontificatus aſſumpſit, de ſacri collegii „aſſenſu, non ſine ſingulari confidentia, me indignum, ſed fidum praefectum Caſtellanum S. „Angeli de urbe inſtituit, quippe qui jocalia, et „eccleſiae romanae theſauros fidei meae commiſit. Deinde pro ſua animi nobilitate et munificentiſſima liberalitate me ipſum indignum „primo ad Zamorenſem Eccleſiam, deinde ad „Calaguritanam, tandem ad Palentinam tranſtulit.“ Mortuus eſt Romae a. 1470, non autem a. 1471, ut nonnulli volunt. E multis huius Hiſpani docti ſcriptis cum editis tum ineditis huc ſola pertinet *Hiſtoria Hiſpana*, quatuor partibus abſoluta, ab origine rerum ſcilicet, usque ad Sanctii tempora, ut, quod Rodericus, Toletanus epiſcopus, ipſo affirmante, Latinis litteris usque ad ſuam aetatem perduxerat, Rodericus alter iisdem usque ad ſuam pertexerat. Liber operis primus Hiſpaniae geographiam brevem comprehendit; in ſecundo reges Viſigothi ab a 411 usque ad 714 enumerantur, breviterque eorum geſta narrantur; in tertio, reges inde-

Pela

Pelagio s. anno 718 usque ad Ferdinandum III. s. a. 1252 in quarto continuantur paullo uberius reges Castellae usque ad Henricum IV, a. 1474 quidem mortuum, sed solummodo usque ad a. 1469. De libri dote interiore *Antonius* ita: „Praeclarus opus quidem, et amoeniorum litterarum, „exemplorumque veteris aevi ad praesentia facta „accommodatorum mistura variegatum lectuque „iucundum; quanquam et naevos aliquot habeat, „quos excusabit aliquis exscriptorum oscitantia. „Nam et propria Gothorum nomina foede cor„rupta ibidem legas. Utitur quoque barbaris „verbis, utpote *effectualiter, deordinare, auctorita„tive*, et aliis." Mariana hanc historiam *Palentinam* vocat, ab auctoris munere, eamque piam magis, quam elegantem appellat.

Cf. ANTONII *Bibl. Hisp. vetus* T. II. p. 194 sqq. *Hamburg. Bibl. hist.* Cent. VIII. p. 38 sqq.

La Cronica de España, abreviada por mandado de Val de la muy poderosa señora Doña Isabel, Reyna de Castilla, por Mossen DIEGO DE VALERA, *su Mae-stre sala* (quasi dicas epularum diribitor) *y de su consejo. Zaragoça* 1493. fol. *Sevilla* 1534. fol. *ibid.* 1567. fol. — Auctor hoc chronicon se absolvisse ait a. 1481 in portu S. Mariae (Gaditani sinus admodum celebri nunc oppido), quum aetatis annum ageret sexagesimum, alias septuagesimum nonum. Priorem enim numerum Caesar-augustana, posteriorem aliae editiones praeferunt.

Cf. ANTONII Bibl. Hisp. vetus T. II. p. 206, ubi quidem de huius scriptoris vita, sed non de historiae eius ratione refertur.

MICHAELIS RITII, *JCti et Historici, Professoris Neapolitani primarii*, postea Consiliarii regii, Ritius Ricci.

Praeſidis conſilii regii ſecretioris, atque Comitis Cariatenſis et Montellenſis, † 15..) de regibus Hiſpaniae Libri III. Romae 1505. 4. Poſtea cum *eiusdem* libris de regibus Francorum, Hierosolymorum, Neapolis, Siciliae et Ungariae. *Baſileae*, ap. Joh. Frobenium 1517. 4. Cum iisdem libris in *Beli* collectione T. II; in *Schottiana* T. II. Poſtea etiam cum iisdem *Tubingae* 1630. 12. Denique eadem ratione *Neapoli* 1645. 4. Eſt quaſi breviarium hiſtoriae Hiſpanicae, in quo paucis exponuntur, quae inde a rege quodam Gargari usque ad Ferdinandum V ſive catholicum in Hiſpania memoratu digna geſta ſunt.

Cf. HUMMELII *Neue Bibl. von ſeltenen Büchern* T. I, p. 197-203.

Marineus. LUCII MARINEI de rebus Hiſpaniae memorabilibus Libri XXII (*Compluti* 1533, alibique) ſupra Sectione II. §. II iam cum aliis eiusdem ſcriptoris recenſiti.

Carbonell. PETRI MICHAELIS, (vulgo *Moſſen* PERE-MIQUEL) CARBONELL, (Catalani Barcinonenſis urbis notarii ſeu ſcribae et tabularii regii praefecti) *Chroniques de Eſpanya, que tracta dels nobles e inviſtiſſims Reys de Gots y geſtes de aquells y dels Contes de Barcelona e Reys de Aragõ*. Barcelona 1536. fol. *ibid.* 1547. fol. Mandato regis Ferdinandi Catholici gentis ſuae hiſtoriam, et quidem idiomate Catalano, ut vel titulus docet, auctor ſcripſit, eidemque ſexdecim fere annos (a 1496 usque ad 1512) impendit. Seriem tam regum Gothorum in Hiſpania, quam Comitum antiquorum Barcinonenſium regumque Aragoniae ad Johannem usque II deduxit. Maximam operis partem correxit, limavitque doctiſſimus Carbonelli patruelis,

lis, *Hieronymus Paulus.* Paſſim errores a *Petro Tomichio*, rerum Aragonenſium ſcriptore, cuius tamen opus, quantum ſcimus, non evulgatum, admiſſi corriguntur. Primo in libro, cum de incolarum Hiſpaniae numero, tum de potioribus regni urbibus breviter diſſeritur.

Cf. ANTONII *Bibl. Hiſp. nova* T. II. p. 175.
DE FRANCKENAU p. 346.

PETRI ANTONII BEUTER (Valentini, Theologiae Doctoris et Profeſſoris in litterarum univerſitate Valentina, † poſt a. 1550) *Primera Part de la Hiſtoria de Valencia, que tracta de les Antiquitats de Eſpanya, y fundaciò de Valencia, ab tot lo Diſcurs fins al temps que lo Inclit Rey Don Jaume, primer, la Conquiſtà.* En Valencia 1538. fol. Beuter. Hoc idiomate ſuo Valentino Beuterus etiam reliquas duas partes condere voluerat, ſed poſtea conſilium mutans, ut plures opere uti poſſent, exhibuit adeo primam partem idiomate Caſtellano elaboratam atque omnino in melius mutatam, hac inſcriptione: *Primera Parte de la Cronica general de toda Eſpaña; y eſpecialmente del Reyno de Valencia, donde ſe tratan los eſtraños acontecimientos que del diluvio de Noè haſta los tiempos del Rey Don Jayme de Aragon, que ganò à Valencia, en Eſpaña ſe ſiguieron con las fundaciones de las Ciudades mas principales de ella, y las guerras crueles, y mutaciones de Señorios que ha havido.* En Valencia 1550. fol. *ibid.* 1604. fol. — *Segunda Parte — donde ſe tratan las cobranzas de eſtas tierras de poder de Moros por los Inclitos Reyes de Aragon, y Condes de Barcelona. Y poneſe en particular la Conquiſta de la Ciudad, y Reyno de Valencia, y Murcia, con las Islas de Mallorca, Menorca, Iviſa, y las otras.* ibid. eod. fol. (Laudatam invenimus quoque editionem

nem anni 1556, ſed verſionem Italam hoc anno vulgatam archetypi novam editionem iudicatam fuiſſe, credimus. Editionem, quae a nonnullis a. 1563 prodiiſſe contenditur, Rodriguezius et Ximenius haud norunt: certe de illa tacent. *Italice*, auctore *Alphonſo de Ulloa*, *Hiſpano*, *Venetiis* 1556. 8 Tertia pars, quam quidem abſolvendo operi auctor deſtinaverat, lucem publicam non vidit. — Conſcripſit auctor magnam huius operis partem non ſatis ad palatum doctorum virorum, qui Beroſianis fabulis anilibusque aliis figmentis, credulum hominem, et quae coniecturaretur ipſe, pro vero non ſemel venditantem, pluraque ſine teſtimonio idoneo aliquo parum veriſimilia referentem, haud obſcure averſantur. Offendit quoque paſſim in antiquitatis ignoratione, et Romani aevi monimentorum interpretatione, quae frequenter ad hiſtoriam advocat. Erit tamen — addit Antonius — in aliqua ob hunc laborem noſtris rebus impenſum fama; qui ſaltem aliis prior huiusmodi monimentorum patria lingua confectorum auctoribus, compoſite atque ornate, et cum cura verſare hoc penſum coepit.

Cf. ANTONIO T. II. p. 135 ſq.
RODRIGUEZ l. c. p. 371 ſqq.
XIMENO l. c. T. I. p. 103 ſqq.

le Cordova. (MARTINI DE CORDOVA) *Coronica de Eſpaña que mando componer el Rey Don Alonſo el Sabio; emendada per* FLORIAN DO CAMPO. Zamora 1541. fol.

li Ocampo. Docampo. De Campo. *Los cinco libros primeros della Coronica general de Eſpaña, que recopilava el Maeſtro* FLORIAN DE OCAMPO, *Coroniſta, del Rey nueſtro Señor, por mau-*

mandato de ſua Magiſtad. En Camora 1544. fol. *En Medina del Campo* 1553. fol. *En Alcala* 1578. fol. Auctor, Zamorenſis, ſub Antonio Nebriſſenſi et aliis doctoribus Compluti, ad omnes bonas diſciplinas, multo ſtudio adhibito, praecipue vero ad hiſtoricum munus, quod quaſi praeſagiebat, ſibi aliquando ſolenniter obeundum, comparavit. Quo conſilio, quae latebant fere rerum Hiſpanicarum origines, ex Romanorum et Graecorum libris, priſci aevi lapidibus, aliisque monimentis, atque adeo inferiorum temporum hiſtoriam ex genuinis et aequalibus ſcripturis principalibusque conceſſionibus undique conquiſitis, fere primus procudere concepit animo, atque ex bona parte exſecutus eſt. Canonicus enim Zamorenſis factus, meruit a Carolo Caeſare regius deſtinari chronographus, ea ſpe de virtute et eruditione hominis vulgo apud omnes concepta valdeque in dies confirmata, ut in Comitiis Caſtellanis a. 1555, communi Procuratorum voto, eidem reditus tribuerentur maiores, aliundeve quam ex ſacerdotio Zamorenſi venientes, quo poſſet muneri ſuo continuandae hiſtoriae, non ulli adictus eccleſiae miniſterio, totus vacare. Exquiſitam, teſte Antonio, adiunxit, pro captu eius temporis, in commentando dictionis elegantiam, quae vere digna eſſet rebus, quas deſcribendas curae ſuae demandaverat. Nec tamen plenam ab eruditis laudem colligere potuit, ex quo verae hiſtoriae bono ſemini Berofianarum, hoc eſt, anilium fabularum, non multo antea publicatarum vana commiſcuit grana; quas quidem ad deum Fabulinum relegandas nondum palam decreverat criticorum ſenatus. Acceſſit plagii crimen, quo famam ſuam conſperſit, *Laurentii Padillae*, cui in hiſtoriographi regii munere

ſurrogatus fuit, operibus manuſcriptis ipſi commiſſis, ſua exornans. Ipſe contra Florianus quoque plagium expertus eſt ab anonymo, qui exhibuit: *Libro de grandezas y coſas memorables de Eſpaña* (Hiſpali 1549). Qui nempe liber integer exſcriptus eſt e prima operis Docampiani editione. Ex quatuor hiſtoriae partibus, quarum ſpem fecerat, primae tantum ſemiſſem perfeciſſe videtur. Pertingere haec prima pars debuit usque ad Chriſti tempora, ut ex prooemio auctoris conſtat. Nec tamen ultra duorum Scipionum caedem procedit narratio. Sane quatuor ex his quinque libris a quodam typographo extortos, ſibi fuiſſe non diſſimulat Florianus in quadam ad Johannem Vergaram epiſtola, pluraque ſe emendaſſe ait in commodum ſubſequentis editionis, quae quidem, diem ſuum eo obeunte, non niſi cura *Ambroſii Moralis* prodiit integra, addito nimirum quinto libro. Quam quidem hiſtoriam ſatius habuit continuare idem Morales, quam a principio rerum novam recudere, ut paullo poſt exponemus.

Cf. ANTONIO T. I. p. 301 ſq.

DE FRANCKENAU p. 119 ſq.

Hamburg. Bibl. hiſt. Cent. VIII. p. 112 ſq.

(GOETZII) *Merkwürd. der Dresdner Bibl.* T. I. p. 400.

FREYTAGII Analecta p. 198 ſq.

BAUMGARTENII *Nachrichten von merkwürd. Büchern* T. I. p. 115 ſqq.

annes ſcopus undenſis.

JOHANNIS, (MOLIS A MARGARITIS), *Epiſcopi Gerundenſis, Paralipomenon Hiſpaniae Libri X, de iis, quae ante Gothorum in Hiſpaniam adventum a Romanis geſta ſunt. Granata* 1545. fol. (Hanc editionem curavit Xantus ſeu Sanctius Nebriſſenſis).

Et

Et in *Beli* collectione T.I. in *Schottiana* quoque T.I. (ubi auctor JOANNES MARGARINUS appellatur). Quae editio poſtrema etiam ſeparatim, annum 1603 in fronte gerens, proſtat. Auctor, Gironda oriundus eiusdemque urbis epiſcopus, Clericus aliquanto camerae pontificiae fuit. Concilium Mantuanum, tanquam orator Alphonſi, Aragoniae regis, obiit. Poſtea eodem munere functus nomine regis Ferdinandi apud Sixtum IV, Pontificem Romanum, ab hoc Cardinalis creatus et epiſcopus Oſcenſis atque Pattenſis, legatus tandem Pontificius in Campania Romana evaſit. Ex vita octogenarius exceſſit a. 1484. Brevitati hiſtoricorum Hiſpanorum vetuſtorum in exponendis rebus ante Gothorum in Hiſpaniam adventum geſtis, uberiore earundem narratione ſuccurrere voluit, eundemque in finem Graecos ac Romanos ſcriptores ſedulo quidem, at ſine ullo delectu excuſſit, eaque decem libris usque ad Theodoſium M. Imp. extendit.

Cf. *Hamburg. Bibl. hiſt.* Cent. VIII. p. 36 ſqq.

ALPHONSI (GARSIAE) DE S. MARIA S. DE CARTHAGENA (*Epiſcopi Burgenſis*, † 1456.) Anacephalaeoſis regum Hiſpanorum, Romanorum Imperatorum, ſummorum Pontificum, nec non regum Francorum. *Granata* 1545. fol. in *Beli* collectione T.II. et in *Schottiana* T. I. — Eſt breviarium maioris operis, quod auctor Johanni II, regi Caſtellae, olim obtulerat, ab Athanarico, Gothorum rege, usque ad Henrici IV, regis Caſtellae, initium, ſive ad ultimum usque Februarii diem anni 1456, quod in fine ait, continuatum. Primum id in lucem emiſit Sanctius Nebriſſenſis, Antonii filius, una cum Roderici Ximenii Toletani, Johannis Gerundenſis, eiusdem-

Alphonſ. de S. Maria ſ. a Carthagena.

demque Antonii Nebriſſenſis catholicorum regum hiſtoriis, Granatae, uti diximus. Easdem vero hiſtorias ſingulas quoque egigraphis ſeparatis exſtare, ſuſpicamur.

Cf. ANTONII Bibl. Hiſp. vetus T. II. p. 172 ſq.
Hamburg. Bibl. hiſt. Cent. VIII. p. 41 ſqq.
FABRICII Bibl. Lat. mediae et inf. aet. T. I. p. 195 ſq.

Vaſaeus. JOHANNIS VASAEI, *Brugenſis*, Chronici rerum memorabilium Hiſpaniae tomus prior. *Salamanticae* 1552. fol. Poſtea hac inſcriptione: Rerum Hiſpanicarum Chronicon, *Coloniae* 1567. 8. Cum *Franciſci Taraphi* Annalibus rerum Hiſpanicarum, *Colon.* 1577. 8. In Collectione *Bek* T. I; et in *Schottiana* T. I. p. 572-726. — Auctor, Flander, poſtquam Ferdinandi Columbi, Chriſtophori immortalis filii, auſpiciis e Belgio et Lovanio Hiſpalim conceſſiſſet, inque eius domo et bibliotheca inſtructiſſima aliquot annos commoratus eſſet, factus fuit Rhetoricae artis Profeſſor Salamantinus. Hinc Bracharae, deinde Eborae iuventutem Luſitanam erudivit. Poſtremo Salamanticam revocatus in hac ſchola et profeſſione diem extremum obiit circa a. 1562. Praemiſſis prolegomenis de ſcriptoribus rerum Hiſpanicarum, chronicum ſuum more ſolim ſolito incipit a Thubale, deinde priſca tempora usque ad Chriſti nativitatem cito percurrit. Catalogos poſtea regum diverſorum Hiſpaniae regnorum exhibet. Refert porro de epiſcopatibus Hiſpanis. Tandem hiſtoriam ipſam a Chriſti nativitate usque ad mortem Sancti Maioris, regis Navarrae, f. ad a. 1035, ſtilo Latino haud ingrato, exponit. Ratione chronologiae haud raro ab aliis diſcrepat.

Cf. ANTONIO T. II. p. 359.
Hamburg. Bibl. hiſt. Cent. VIII. p. 47 ſqq.

FRAN-

FRANCISCUS TARAPHA, s. TARRAFA, (*Canonicus Barcinonensis et tabularii cathedralis ibidem aedis custodis, tempore Philippi II regis*) de origine ac rebus gestis regum Hispaniae usque ad Caroli Caesaris inaugurationem (*Relicto aliis Caroli tempore additur:* Brevis rerum a Philippo II, rege catholico, gestarum descriptio). *Antverpiae* 1553. 8. Unaque cum *Joh. Vasaei* Chronico, *Coloniae* 1577. 8. In *Bri* collectione T. II, et in *Schottiana* T. I. p. 518-568. *Hispanice* hac epigraphe: *Francisco Tarafa, del principio y origen de cosas notables de los Reyes de España, traducido en Castellano, por* ALONSO DE SANTA CRUZ, *con ediciones fuitas en casa del Rey de las mas notables cosas que en otras Historias a hallado.* En Barcelona 1563. 8. — In rebus aevi antiquioris auctor quidem fabulosus; in recentioribus fide dignior evadit, adeoque praecipuis historiae Hispanicae conditoribus adnumeratur. Tarapha.

Cf. ANTONIO T. I. p. 369.
Hamburg. Bibl. hist. Cent. VIII. p. 46 sq.
DE FRANCKENAU p. 146 sq.

Los quarenta Libros del Compendio Historial de las Chronicas, y universal Historia de todos los Reynos de España. Compuestos por ESTEVAN DE GARIBAY Y ÇAMALLOA, *de nacion Cantabro, vezino de la villa de Mondragon, de la Provincia de Guipuzcoa, dividido en quatro tomos. Dirigidos al Doctor Monserrate Ramon, y del Consejo de su Magestad, en el Principado de Cathalnña.* Tomo primero. *En Amberes* 1571. *Compendio Historial de las Chronicas y universal Historia de todos los Reynos de España, donde se escriven las vidas de los Reyes de Castilla y Leon. Prosiguese tambien la Sucession de los Emperadores Occidentales y Orientales.* Tomo segundo. *ibid.* Garibay.

ibid. eod. — *Compendio Hiſtorial, donde ſe eſcriven las vidas de los Reyes de Navarra. Eſcriveſe tambien la Suceſſion de todos los Reyes de Francia, y Obiſpos de la S. Igleſia de Pamplona.* Tomo Tercero *ibid. eod.* — *Compendio Hiſtorial, donde ſe ponen en ſuma los Condes, ſeñores de Aragon, con los Reyes del miſmo Reyno; y Condes de Barcelona, y Reyes de Napoles y Sicilia. A la fin deſtos Principes ſe eſcrive un breve tratado de las Inſignias y deviſas de los eſcudos de armas, materia digna de ſaber de todo hombre diſcreto, eſpecialmente Noble.* Tomo Quarto. *ibid. eod.* fol. Altera Editio prodiit *Barcinone* 1628. IV Tomis in fol. Plures editiones non exſtant, quicquid Antonius et Lengletus du Fresnoy contra dicunt. — Auctor a iuventute ipſa dulcedine nobiliſſimi ſtudii hiſtorici captus neque rei difficultate deterritus, non tantum concepit votum, ſed et voto fruitus eſt ducendi ſtilo quaecunque inde a remotiſſimis temporibus usque ad ſua bello paceque contigerunt. Quod animi ſui propoſitum ut opere ipſo feliciter aſſequeretur, non contentus, impreſſa aliorum veſtigia imprimere, qui hanc molem agitaſſent, ex penetralibus ipſis publicorum tabulariorum, quae vel in publicis, vel in privatis chartophylaciis cuſtodiuntur, certiſſimaque hiſtoricae omnis rei documenta, aliud quantumvis actum in iis videatur, continent, obſcuris, quatenus induſtria valuit, immiſit lucem, impedita plura extricavit, quaeque ſive intacta vulgaribus aliorum commentariis oblivio interceperat, ſive tacta error foedaverat, ſupplevit atque correxit. Ita fere *Ambroſius Morales* et *Antonius* iudicant. Audiamus etiam *Michaelem a S. Joſepho* in Bibliographia critica P. IV. p. 269: „Garibay, Philippi II Regis Catholici, et munere et merito Chronogra-

nographus, in quaerendo diligentiſſimus, in inveniendo prae ſuperioribus fortunatior, in diſponendo inventa accuratus, in narrationibus fidelis, in exornationibus elegans, in iudicando circumſpectus, in concitando gravis et prudens, in loquendo purus et perſpicuus caet.“ Alii quidem non contemnunt opus vaſtum, tamen non adeo magnifice de illo ſentiunt, atque cautione critica in eo utendo opus eſſe credunt. Quum vero ex inſcriptionibus voluminum contenta non ſatis intelligantur, adſcribamus illa paullo diligentius. In primo igitur *tomi primi* libro de ſtudio hiſtorico in univerſum et de operis diviſione agitur. Libro ſecundo auctor ab orbis terrarum creatione usque ad linguarum confuſionem, quam dicunt, progreditur. Libro tertio Hiſpaniae geographia traditur. In quarto enumerantur XXIV reges, qui univerſam Hiſpaniam ante Chriſtum natum — ſi DIs placet — rexerunt. Libro quinto agitur de populis exteris, qui Hiſpaniam usque ad bella Punica inſederunt. Libro ſexto narratur, qua ratione Romani tempore belli *Punici* ſecundi Hiſpaniam ſubiugaverint, usque ad oppreſſionem Cantabrorum Auguſto imperante. Liber ſeptimus ſiſtit conditionem regni ab Auguſto iſto usque ad Viſigothorum adventum ſub ſaeculi quinti poſt Chriſtum natum principio. Libro octavo enumerantur reges Viſigothorum ab a. 411 usque ad a. 714, nempe ab Adolfo usque ad Rodericum. Eadem ratione libro nono comparent Legionis regni reges a Pelagio usque ad Veremundum III ſ. ab a. 718 usque ad a. 1037. Liber decimus de Caſtellae comitibus. Libro XI, quocum *tomus ſecundus* incipit, deſcribuntur res geſtae regum Caſtellae ac Legionis, a Sanctio Maiore oriundorum, a Ferdinando I, mor-

mortuo a. 1065 usque ad Urracam ſ. annum 11
Liber XII habet ſequentes Caſtellae et Legi
reges, usque ad Henricum I, a. 1117 vita de
ctum. Sequuntur Libro XIII Ferdinandus
Alphonſus X. et Sanctius IV ſ. ad a. 1292.
ber XIV integer dicatus eſt rebus geſtis Fe
nandi IV; XV vero Alphonſi XI. et Petri
delis; XVI Henrici II, Johannis I et Henric
XVII Johannis II et Henrici IV, ultimi regi
Caſtellam ſolam rexit. Liber XVIII et XI
cati narrationi rerum memorabilium regnai
Ferdinando Catholico et Iſabella, eius coni
usque ad huius obitum. Libro XX differit
Philippo I atque de ultima parte regiminis F
nandi Catholici. Liber XXI, *tomi tertii* pri
exhibet primo geographiam Navarrae, de
res geſtas priorum regum huius regni, ſiv
olim appellabatur, Soprarbiae usque ad a.
Libro XXII usque ad XXX traditur de ſequ
bus Navarrae regibus. Liber primus, *tomi qu*
qui eſt totius operis XXXI, geographiam A
goniae comprehendit. Libro XXXII res a r
bus Aragonenſibus usque ad Ferdinandum
tholicum geſte breviſſime exponuntur. Li
XXXIII foliis perpaucis traditur de inſigni
regum Hiſpaniarum. Liber XXXIV et XX
repraeſentant adeo res a Luſitanis peractas
que ad regnum Sebaſtiani. Libro XXXVI
Arabibus ſive Mauris in univerſum diſſeri
libro autem XXXVII de regibus huius ge
Cordubenſibus, XXXVIII de caeteris eiusdem
neris regibus in Hiſpania, exceptis Granatenſi
de quibus libris XXXIX et XL refertur. Nec
curſibus opus caret. Sic libro VI nomina or
um imperatorum Romanorum conſpiciuntur
bro VIII catalogus omnium archiepiſcopo

T

Toletanorum, libro X duces Mediolanenſes, libro XX genealogia principum Burgundiae atque Auſtriae, libro XXII hiſtoria Neapoleos ac Siciliae, libro XXXIV ſeries imperatorum Osmanicorum. Nec deſunt, quae de Hiſpaniae martyribus, viris doctis, conciliis eccleſiaſticis, monaſteriis ordinibusque equeſtribus ſcitu digna videri poſſint.

Cf. ANTONIO T. II. p. 234.
Hamb. Bibl. hiſt. Cent. VIII. p. 120-127.
DE FRANCKENAU p. 391.
CLEMENT. T. IX. p. 61 ſqq.
DENIS *Merkw. der Garell. Bibl.* p. 504 ſqq.

Eiusdem *Illuſtraciones genealogicas de los Catolicos Reyes de las Eſpañas y de los Chriſtianiſſimos de Francia y de los Emperadores de Conſtantinoplo haſta el Rey D. Filipe II y ſus hijos.* En Madrid 1596. fol. regali — Auctor, ex quo anno 1572 e Belgio, ubi opus modo deſcriptum typis mandaverat, in patriam rediit, hiſtoricum aliud ſeu potius genealogicum opus maioris adeo, ut ipſe ait, induſtriae ac molis fuit aggreſſus, de origine, progreſſu et illuſtrationibus Hiſpaniae totius dignitatum ſeu munerum, ſexaginta non minus libris, cui nimirum operi viginti quatuor annorum haud intermiſſum laborem impenderat, nil aliud toto iſto tempore quam ſpartam ſuam adornans. Attamen aliquam eius partem venire ſeorſim, nec exſpectato corporis reliquo, in manus hominum permiſit, cuius epigraphen modo exhibuimus. Reliqua operis lucem publicam non viderunt, ſive quod auctor id nondum abſolutum reliquerit, ſive quod ſcrinia ſua his ditaverint cautoque ſuppreſſerint il, quorum intererat, ſuſpicione

potius furti quam evidentia premi. Certe *Alphonſus Lopez de Haro* omne fere, quidquid in eius Nobiliario, quod appellant, bonum reperitur, inde hauſit, et integra folia, ne verbo mutato mutuatus eſt, nec uſpiam tamen Garibayi vel verbulo meminit, foediſſimi plagii reus. Theſaurum iſtum genealogicum moriens auctor reliquit ſecundae uxori ſuae, ex gente Montoya Toletana; quae cuidam ſuo conſobrino eundem donavit, a quo oblatus fuit Johanni Auſtriaco, Philippi IV regis filio naturali, qui eundem in regias Caroli II manus conſignavit, e cuius munificentia illum ſupplici iteratoque rogatu ſibi emendicavit Oropeſanus Comes, Caſtellaeque ſenatus regii Praeſes, Emanuel Joachimus Alvarez de Toledo, nec niſi unicum inde apographum, quod Dux de Montalto obtinuit, deſumi paſſus eſt, eius tamen etiam uſum aliquamdiu idem Oropeſae Comes conceſſit Ludovico de Salazar et Caſtro, qui ſaepius in operibus ſuis ipſius teſtimonio utitur. Conſtat tredecim ſat grandibus in folio voluminibus, continetque non ſolum univerſa fere illuſtriora Hiſpaniae, ſed et plurima Galliae, Belgiique nobilia ſtemmata.

Cf. ANTONIO T. II. p. 234 ſeq.
DE FRANCKENAU p. 392.
CLEMENT T. IX. p. 62 ſqq.

morales. AMBROSII DE MORALES *Coronica general de Eſpaña. Proſſeguiendo adelante de los cinco libros, que el Maeſtro* FLORIAN DE OCAMPO, *Coroniſta del Emperador Don Carlos V, dexo eſcritos. Todo lo de las antiguedades de Eſpaña, y la manera del entenderlas, y averiguarlas, va pueſto al cavo en otra obra parti.* En Alcala de Henares 1574. — *Los otros dos libros, undecimo y duodecimo de la Coronica general*

's Eſpaña, que continuaua Ambroſio de Morales — eſcritos. Van juntas con eſta parte de la Coro- les Antiguedades de Eſpaña, que haſta agora ſe podido eſcreuir. ibid. 1577. (Haec appendix quitatum ſingulatim quoque prodiit *ibid.* 1575. pra Sectionis II §. I). — *Los cinco libros po- s de la Coronica general de Eſpaña — poſſi gui- adelante la reſtauracion de Eſpaña des de que ſe ço à ganar de los Moros, haſta el Rey Don Ber- o el tercero deſte nombre. De lo demas que vā lo con la Coronica ſe dara razonluego al princi-* *Impreſſo en Cordova* 1586. fol. — Hunc hi- iographum opus Floriani de Ocampo conti- ſſe, titulus ipſe prodit; cuius etiam ſchedis m ſcriptis eundem uſum fuiſſe creditur. In o primo, poſt deſcriptionem copioſam rei licae Romanae, cui tunc temporis Hiſpania uit, hiſtoria ipſa a bello Punico incipit, et ad usque tempora, quibus Hiſpania imperato- n occidentalium, ditioni adiecta fuit. Praeter quentes antiquitatum Romanarum illuſtratio- s atque monimenta antiqua, v. c. inſcriptiones numos, adiecta, auctor, ipſo rege iubente, gentiam ſingularem et vere moleſtam hiſtoriae ctorum Hiſpaniae impendit; inde excurſus rii diffuſaeque diſſertationes, ad rem haud per- entes. Tomo ſecundo praemittitur diſſerta- ſuper variis in Hiſpania olim uſitatis aeris, m indice fontium et ſubſidiorum in elaborando ere adhibitorum. Libri hiſtoriae duo ſequen- inde a Gothorum adventu in Hiſpaniam inci- nt, et ad Arabum expugnationem regni pro- cuntur. Et in hac operis parte narratio ſae- s turbatur ſanctorum ſic dictorum rebus ge- s. Calci adiectus conſpicitur hymnus in di- m Esmenegildum, regem martyrem. Tomus

tertius poſt diſſertationes de pecuniae veteris pretio, de criſi diplomatum ac de Arabum chronologia, comprehendit hiſtoriam a rege Pelagio, usque ad Veremundum III, Legionis regem, ſ. ab a. 718 usque ad 1037. Appendicis loco additur diſceptatio copioſiſſima de S. Dominici ortu et familia Guzmania celeberrima. Mariana, de quo paullo poſt, hocce opere potiſſimum in elaborando ſuo uſus eſt, eiusque vitia vitare ſtuduit. Sandovalius paſſim notat, Moralem non vidiſſe diplomata autographa, et notas temporum peſſime legere ſolitum. Faſtos Capitolinos aerae Chriſtianae perperam adaptaſſe, Majanſius oſtendit, agens de aera Hiſpanica. Quid? quod fidem adhibuit non ſolum ſuppoſititiis Decretalibus, ſed multis etiam miraculorum narratiunculis, ab hominibus otioſis confictis. Caeterum vir fuit probiſſimus, veritatis amator egregius, ſummae diligentiae, multiplicis doctrinae et puriſſimi, etſi inemendati ſtili, ut Majanſii verbis utamur. Addit idem: „Utinam paucos „alios ſcriptores ei ſimiles haberemus! Agebatur Madridii anno proxime elapſo (1752.) de „recudendis ſubſcriptionum ope Ambroſii Moralis operibus immortalitate digniſſimis: at nihil effici potuit, etiamſi eius opera non facile „inveniantur. Utiliſſimum eſſet, ea recudere „cum notis, ut maiori fructu legerentur.“ — Continuationem Moralis *Prudentius de Sandoval* exhibere voluit a. 1634 hiſtoria ſua regum Caſtellae et Legionis, de qua infra Sect. V. §. III aptior dicendi locus erit

Cf. Hamburg. Bibl. hiſt. Cent. VIII. p. 114-117.

FREYTAGII *Analecta* p. 198 ſqq.

BAUM-

BAUMGARTENII *Nachrichten von merkwürd. Bücher* T. I. p. 117-123.

Specimen bibl. Hispano-Majansianae p. 121 sq.

PETRI GIRON *Compendio de algunas historias de España*, Alcala 1577. fol. Giron.

RODERICI DE JEPES *Genealogia de los Reyes de España*. En Madrid 1584. 4. de Jepes.

LUDOVICI DE MAYERNE TURQUET (Baronis AULBONNE) *Histoire générale d'Espagne en* 30 *Livr.* à Lyon 1587. fol. (Haec editio prima rarissimaque esse atque sine auctoris nomine prodire videtur, nec satis constat, num eadem triginta libros comprehendat. Sequens copiosior Marianae opere reddita). *Paris.* 1608. II Tomi fol. *ibid.* 1635. II Voll. in fol. *Anglice* ab *Edm. de Grimston*, Londini 1612. fol. de Mayerne Turquet.

EMANUELIS CORREA MONTE-NEGRO, (Lusitanus quidem, sed in Hispania educati) *Historia de los Reys, Señorias y Emperadores de España, con todas las cosas mas notables que en esta Provincia han sucedido desde el diluvio universal hasta nuestro tiempo.* Salamanca 1592. fol. Sunt solummodo octo folia. Exstant quoque sub hoc titulo: *Historia breve de España desde el principio del mundo hasta estos tiempos.* Lisboa 1629. fol. Correa. Monte-Negro.

JOHANNIS MARIANAE, *Societatis Jesu*, Historia de rebus Hispaniae Libri XX. *Toleti* 1592. (Haec editio princeps, historiam Hispaniae ad a. 1428 deducens, rarissima non solum, verum iam emendatior caeteris). Repetita est haec editio in *Schotti* Collectione T. II. p. 295-801. singulari quoque titulo haec repetitio prostat, *Francof. ad Moen.* 1603); cui deinceps addebantur *Libri X novi a XXI ad XXX. ibid.* 1606. Mariana.

Poſtea eandem auctor libris quinque auxit, in quibus hiſtoria continuatur usque ad a. 1492 (cum indice et vocum obſcuriorum explicatione) *Toleti* 1592. fol. Novis quinque Libris aliis additis, quibus hiſtoria ad a. 1516 producitur, integrum XXX Librorum opus prodiit *Moguntiae* 1605. 4. Repetitum atque ſaepe appendicis loco additum tomo quarto collectionis Schottianae, *Francofurti* 1606. fol. Editio nova, ab auctore recenſita et aucta *Summario* rerum, quae ſuperiore ſaeculo geſta (*ſic*) ſunt, perducta ad hanc aetatem hiſtoria. Cum indice copioſo et explicatione vocum obſcuriorum, *Moguntiae* 1619. 4. (Ita in fronte legitur: ſed editio nova vere non appellari poteſt, quia in omnibus editioni anni 1605 conformis reperitur. Nil additum, niſi *Summarium* iſtud, quod ſeparatim quoque hac inſcriptione proſtat:) P. *Joan. Marianae*, Soc. Jeſu, Summarium ad hiſtoriam Hiſpaniae eorum, quae acciderunt annis ſequentibus. *Mogunt.* 1619. 4. (Hiſtoria in eo ab a. 1516 usque ad a. 1612 breviſſime perſtringitur). *Hagae Comitum* 1733. IV Tomi in fol. mai. (Cui editioni acceſſerunt

Miniana. JOSEPHI EMANUELIS MINIANAE, Ordinis S. Trinitatis redemtionis captivorum, continuationis novae libri X, usque ad a. 1609, cum iconibus regum). — *Hiſpanice* ab auctore ipſo, qui et amplificationes et emendationes copioſas inſeruit, hac epigraphe: *Hiſtoria general de Eſpaña, desde ſu primera Poblacion, haſta el año de* 1516, *en XXX Libros; compueſta primero en Latin, deſpues buelta en Caſtellano por el Padre* JUAN DE MARIANA *etc.* En Toledo 1601. II Voll in fol. Emendatius et auctius *Matriti* 1608. II Voll. in fol. *ibid.* addito Summario 1616-1617. II Voll. in fol. *Toleti* Vol. I. 1623. Vol. II. cum Summario *Matriti* 1623. in fol.

(Quae

(Quae editio ultima auctore vivente prodiit). *Matriti*, cum tabulis chronologicis regum diversorum Hispaniae regnorum 1635. II Voll. in fol. *ibid.* addita continuatione ad a. 1649 (a FERDINANDO CAMARGO Y SALCEDO) 1650. II Voll. in fol. *ibid.* cum continuatione ad a. 1669 a BASILIO VAREN DE SOTO 1670. II Voll. in fol. *ibid.* cum nova continuatione ad a. 1678. FELICIS DE LUZIO ESPINOZA Y MALO 1678. II Voll. in fol. *ibid.* 1719. II Voll. in fol. (Num continuationem et haec editio habeat, nescimus). *Lugduni* 1719. XI Voll. in 12. (Male haec editio offert editionem Toletanam anni 1603: quum potius subsequens auctior anni 1608 eligenda fuisset). *Antuerpiae* 1737. XI Voll. in 12. (Editio mendis scatens). *ibid.* cum continuatione 1739. XVI Voll. in 12. *Matriti* 1781. II Voll. in fol. (In hac editione archetypum Hispanum secundum collationem omnium editionum cum Latinarum tum Hispanarum, quae vivente adhuc Mariana prodierunt). Amplior prioribus continuatio prodiit hac inscriptione: *Continuacion de la Historia general de España* de año 1516. ad 1700. *Matriti* 1748. III Tomi in fol. Auctore MEDRANO. Editio versionis Hispanae, a Mariana elaboratae, cum annotationibus criticis, tabulis chronologicis et continuatione usque ad a.... prodiit cura VICENTII NOGUERA Y RAMON, Valentiae 1783 sqq. Voll..... 4 mai. (De qua postea). *Anglice*, cum additionibus editionum archetypi recentiorum, hoc titulo: *The General History of Spain, from the first Peopling of it by Tubal till the Death of King Ferdinand, who united the Crowns of Castille and Aragon; with a Continuation to the Death of King Philipp III, written in Spanish by the F. John de Mariana. To which are added two Supplements; the first by F. Ferdinand Camargo y Salcedo;*

Camargo. Varen de Soto. Espinoza. Medrano. Noguera y Ramon.

the other, by F. Baſil Varen de Soto; bringing it down to the preſent Reign. The whole translated from the Spaniſh, by Captain (JOHN) STEVENS. London 1699. II Voll. in fol. *Francogallice*, cum notis et tabellis geographicis atque continuatione brevi ab a. 1515 ad a. 1660. a JOSEPHO NICOLAO CHA-
Charenton. RENTON, Jeſuita, Pariſiis 1725. V Voll. in 4. (v. poſtea). Nec caremus epitome Francogallica ſic inſcripta: *Abrégé chronologique de l'Hiſtoire de Ma-*
de la Roche Guilhen. *riana par la Dame* DE LA ROCHE GUILHEN. à Paris 1694. III Voll. in 12. — Expoſita operis notitia litteraria, agedum potiora de auctore eiusque meritis hiſtoricis exhibeamus! Mariana igitur, Talaverae in regno Toletano natus, adoleſcensque religioſo habitu Societatis Jeſu Compluti indutus, brevi tempore maximam in ſtudiorum omni genere progreſſionem fecit. Quippe ad diſciplinam theologicam liberalium artium hiſtoriaeque nec non linguarum, Latinae, Graecae et Hebraicae non mediocrem peritiam attulit. Romae primum ſacras litteras docuit, in aetate vix ſacerdotio matura; deinde in Sicilia duobus annis, tandem Pariſiis quinquennio integro theologiam docuit. Tentata morbis valetudine in patriam redux, fixo Toleti domicilio, usque ad ſupremum vitae ſpiritum fere in ea urbe fuit commoratus, vixitque in magna apud omnes doctrinae atque eruditionis celebritate. Nonagenarius ibidem deceſſit a. 1623. Inter libros theologicos et philoſophicos, quibus memoriae ſui non optime conſuluit, hiſtoria patriae eminet, et immortalitatem eidem conciliavit. Inſunt illi quidem varia, quae plauſum non tulerunt, adverſariosque, de quibus mox dicemus, excitarunt. Fontes et probationes narrationis laudare non ſolet; admiſcet nonnunquam fabellas; peccata haud pau-

pauca, e negligentia chronologiae et geographiae orta, commisit. Verum et suos defensores nactus est, bonaque, quibus opus nitet, prava superare videntur. Valuit nimirum Mariana et singulari eloquentia, et mirifico iudicii acumine et insitata in Hispania libertate dicendi, et tam gravi disertoque stilo scripsit, ut ex Nicolai Antonii sententia, Thucydidis prudentiam ac Taciti acumen unus complexus esse videatur. Exuerat enim homo, qui plures Europae partes peragraverat, insanum illum, quo plerique scriptores feruntur, in patriam amorem, et tam patriae tam caeteris nationibus, suum cuique, aequus iudex tribuit. Consilia praeterea rerumque eventus diligenter observavit, hominum mores animique indolem accurate expressit, et non obvia quaeque, proletaria, et cuivis ex infima plebe cognita, sed arcana, occulta, et aulicis solum nota, in conspectum lucemque omnium protulit. Historiam sui aevi recentiorem, regnorum nempe Isabellae et Ferdinandi, non eo candore prorsus, quo praecedentem tractavit. Omnia complexus est Hispaniae fata; inest igitur singulorum regnorum, olim ibi constitutorum, historia, ita tamen, ut contexta inter se ordine chronologico, non vero separatim compareant. In margine annorum series notatur.

Minianae continuatio, quam paullo ante tetigimus, magnum tulit plausum. Marianae similis historiam Hispanicam ab excessu Ferdinandi Catholici usque ad initium regis Philippi III, ornate, sollicite atque apposite descripsit. Sed vix ad finem perduxerat opus, laudabiles conatus importuna mors praevertit. Commode vero accidit, ut *Joh. Baptista de Schoemberg*, post varia

itinera per Europam confecta, Hagae Petrum Hondtium, bibliopolam, inviſeret et cogitanti illi, Marianae hiſtoriam typis denuo exſcribere, ſignificaret, ſe vidiſſe Valentiae Edetanorum virum eruditiſſimum, qui Marianae hiſtoriam grauī difertoque ſtilo continuaſſet. Quo accepto nuntio magnopere virum generoſum orat Hondtius, ut Minianae continuationem ipſi benevole impetraret. Annuit petito Schoembergius, litteraſque ſcribit ad *Georgium Majanſium*, illoque proxeneta per *Blaſium Jover Altazar*, Propraetorem Valentinum, qui a Valentino coenobio b. Mariae virginis de Remedio Minianae autographum dono acceperat, illud obtinet, et ad Hondtium mittendum curat. Quartus tomus editionis operis Marianae Haganae hanc continuationem ſiſtit, cui *Hyacinthi Jover* et *Valdigoches*, Blaſii, cuius modo mentionem fecimus, filii et Minianae diſcipuli, praefatio et Majanſii epiſtolae commendaticiae, utriusque operis, praemiſſae ſunt. Praefatio quoque Minianae vitam exponit. Apparet inde, hunc Hiſpanum doctiſſimum a. 1671 Valentiae Edetanorum natum fuiſſe, et mature S. Trinitatis Sodalitio nomen dediſſe, ibique illas diſciplinas, quibus iuvenilis aetas informari ſolet, celeriter arripuiſſe, ea memoriae felicitate, ut omnes libros ſacros, praecipue hiſtoricos, memoria recitare poſſet. Neapolim poſtea ad maiorem Latinae linguae apparatum ſibi comparandum commigravit, pictoriae arti ſe dedit et haud vulgaria dexteritatis ſuae monimenta reliquit. Docuit deinceps Liriae, Sagunti et Valentiae; ſed ſponte, invita reluctanteque litterarum univerſitate Valentina, doctoris ſe abdicavit munere, et ad hiſtoriam ſcribendam ſeſe totus compoſuit. Marianae continuationem, poſt

infi-

infinitum duodecim annorum laborem paucis diebus ante mortem suam, quae sexto Kal. Aug. a. 1730 contigit, auspicato absolvit. Latinam linguam eximie prorsus tenuit, Plauto potissimum duce, quem memoriter recitavit. Reges suos nimium laudasse videtur, a peccatis quoque aliis haud plane alienus. Historiam ultimorum duorum annorum minus copiose, morte forsan coactus, enarravit.

Pauca nunc de recentissima operis Marianei, secundum archetypum Hispanum, editione, splendide admodum typis expressa, addamus: Primo illius editore *Dominico Morico*, impressioni voluminis primi immortuo, subsequentes editores omnia, quibus ille operam suam impenderat, supprefferunt, quia illorum ingeniis non satisfaciebant, opusque denuo elaborarunt. Fundamenti loco editionem posuerunt anni 1608 lectionesque varias editionis anni 1617 atque additamenta illius, quae a. 1613 prodiit, quantum quidem genuina illis viderentur, annotarunt. Editorum notis Marianae peccata breviter indicantur, laudanturque fontes novaeque rerum gestarum illustrationes. In volumine tertio — de pluribus nobis nondum constat — nomen suum, tanquam unus ex editoribus profitetur, *Vincentius Noguera et Ramon*, disciplinae publicae s. politiae Matritensis custos, addens, se esse auctorem biographiae Marianae, tomo primo praefixae, annotationum et disputationum singulis tomis subiectarum. Tertius habet prologum de fontibus historiae Hispanae medii aevi. Frequentiores etiam copiosioresque observationes eidem tomo additae, quam prioribus. Appendix exhibet specimen chronologicum super regnis Hispanis inde ab Arabum adventu usque ad Ferdinan-

nandum primum, ubi varia ad rectiorem ordinem temporum rediguntur. Origo rituum variorum, iurium regiorum caet. curatius indagatur. Viro illi docto multum lectionis ſcriptorum, in Germania noſtra raro obviorum, adeoque induſtriam haud vulgarem, artis etiam criticae nonnullam vim, ineſſe, lubenter teſtamur; optandum vero ſimul, ut vis iſta paullo acrior fuiſſet, maxime quidem in diſſertationibus tomis prioribus adiunctis. Nitet haec editio regum effigiebus aliisque artis ſculptoriae ornamentis, nec non tabula Hiſpanica geographica.

Interpres Francogallicus, *Charenton*, telam ſuam impigre ſtudioque laudabili pertexuit. Non ſolum enim praefationem doctam, in qua laudes et vituperia hiſtorici noſtri Hiſpani recenſet, ac fere ſine omni partium ſtudio, quid ex utrisque illi tribuendum ſit, diiudicat, praefixit, ſed etiam annotationes contextui ſubiecit, quibus vel Marianam corrigit, vel contra eius adverſarios tuetur. Duo priora volumina notis frequentioribus ſunt amplificata, ſequentia rarioribus. Singulis additi ſunt indices, ultimoque, praeter ſummarium ſupra commemoratum et usque ad a. 1660 continuatum, *Mahudelii* diſſertatio hiſtorica de antiquis Hiſpaniae numiſmatibus, quorum multa tabulis aeneis ſedecim, primo tomo praemiſſis, inciſa exponuntur. De diſſertatione iſta egimus ſupra Sect. II. §. I. Utinam Charentonus exemplum interpretis Anglici ſecutus fuiſſet, atque continuationes archetypi Hiſpani verſioni ſuae adiunxiſſet:

Cf. ANTONII *Bibl. Hiſp. nova* T. I. p. 560.
Hamburg. Bibl. hiſt. Cent. VIII. p. 72 ſqq.
Journal des Savans a. 1725. Nov. a. 1726. Apr. Adde *Leipz. gel. Zeitungen* a. 1726. p. 18 ſqq.

Nova

Nova Acta Erud. a. 1735. p. 342-346.

(GOETZII) *Merkwürd. der Dresdner Bibl.* T. I. p. 518 sqq.

LENGLET DU FRESNOY l. c. T. XIII. p. 337 sq.

XIMENO l. c. T. II. p. 221 sqq.

BAUMGARTENII *Nachrichten von merkwürd. Büchern* T. I. p. 127 sqq.

PROSPER MARCHAND l. c. T. II. p. 139 sqq.

HEMPEL l. c. T. IV. p. 151 sqq.

Allgemeine Litteratur Zeitung a. 1789. T. III. p. 268 sq.

Antequam caeteros historiae Hispanae scriptores generales enumeramus, recensendi nobis videntur libri ac libelli, in quibus Marianae opus vel reprehensum vel defensum est, quorumque iam mentionem aliquam fecimus. Primus igitur nobis videtur

PETRUS MANTUANUS, Hispanus, Johanni Fernando Velasquio, Magno Castellae Conestabili a secretis, cuius exstant *Advertencias a la Historia de Juan de Mariana, de la Compañia de Jesus, impressa en Toledo en Latin año 1592, y en Romance el año 1601. En que se enmienda gran Parte de la Historia de España.* En Milan 1611. 4. Editio secunda nec epigraphe: *Advertencias* etc. — *En esta segunda Impression va añadida la respuesta a todas las dificultades que puso el Padre Juan de Mariana, a los Discursos que prueban la venida de Santiago a España, sacados de la libreria del Condestable de Castilla. Y tambien se responde al Padre Juan de Pineda, en lo que escrivió en su libro* de rebus Salomonis, *de la venida de Nabuchodonosor.* En Madrid 1613. 4. — Lengletus (T. XIII. p. 338) has observationes raras atque doctas nuncupat, quae historiae Hispanae illustrationem valde iuvare possent. Charentonus con- Petrus Mantuanus.

contra, modo commemoratus, easdem parvi aeſtimat, adeoque contendit, Petrum iſtum non eſſe auctorem, ſed eius herum, quem nominavimus, qui, quum ipſe ſuo nomine has animadverſiones in lucem edere noluerit, Petri mutuatum eſſe; iratum illum fuiſſe Marianae propter locum (L. XXIII. cap. X), ubi unum ex eius maioribus carpſerit: at non probavit Charentonus hoc dicterium. Dare ad ſummum poſſumus, Velaſquium inſtigaſſe Mantuanum ad conſcribendas iſtas notas. Antonius tantum abeſt, ut in bibliotheca ſua huiusmodi accuſationem tradat, ut potius Mantuanum ſingulari eruditione exquiſitiſſimaque totius hiſtoriae cognitione ac mira vi memoriae praeſtantem praedicet. Obiit Matriti a. 1656.

Cf. ANTONIO T. II. p. 170.
Hamburg. Bibl. liſt. Cent. VIII. p. 76.
GOETZIUS l. c. p. 521 ſq.
MARCHAND l. c. T. II. p. 141.

Tamayo de Vargas. *Hiſtoria general de Eſpaña del P. D. Juan de Mariana defendida por el Doctor Don* THOMAS TAMAYO DE VARGAS *contra las advertencias de Pedro Mantuano.* En Toledo 1616. 4. — Auctor, Matritenſis, Doctor theologiae, chronographus regius, ſodalis ſancti Officii, ut vocant, viceſimum tantum agens annum, pro Marianae nomine in certamen deſcendit. Uterque nobis audiendus videtur. Sunt, qui affirment, Marianam, eo tempore adhuc viventem, nec hunc nec illum audire voluiſſe: Charentonus vero in praefatione laudata contendit, cenſorem Marianae hos libros, antequam typis mandati fuiſſent, obtuliſſe, eundemque margini breviter ſententias ſuas alleviſſe.

Cf.

CL. ANTONIO T. II. p. 170 et 252.
Hamburg. Bibl. hist. GOETZIUS et MARCHAND II. cc.

Libro modo recensito adhaeret saepe libellus, scriptus: *Razon de la historia del P. D. Juan de Mariana, de las Advertencias de Pedro Montuano contra ella: y de la defensa del Doctor Don Thomas Tamayo de Vargas.* En Toledo 1616. 4. Razon etc.

Advertencias al Adicionador de la Historia del Padre Juan de Mariana, impressa en Madrid en el año 1669. Por M. de COHON-TRUEL. *En Paris* 1676. 2. Auctorem esse Pseudonymum, *Barbosa Machado* in Bibliotheca Lusitana (T. I. p. 742 sq.) nos docet, ubi affirmat, verum eius nomen nunquam prius EDUARDUM RIBEYRO DE MACEDO, oratorem olim Alphonsi VI, regis Lusitanici, in aula Francogallica inde ab a. 1668 usque ad a. 1677, viis quoque libris haud vulgaris pretii clarum. Cohon-Truel s. Ribeyro de Macedo.

Advertencias á la Historia del Padre Juan de Mariana, su Autor D. GASPAR IBAÑEZ DE SEGOVIA, ERALTA Y MENDOZA, *Marqués* DE MONDEJAR etc. *Van añadidas algunas Cartas, cuyas obras publicó de órden y á expensas de la Academia Valenciana, D.* GREGORIO MAYANS Y SISCAR, *Censor de dicha Academia.* En Valencia 1746. fol. de Mondejar.

Praeter has censuras aliae occasionibus datis exhibitae sunt ab auctoribus sequentibus:

ERYCIUS PUTEANUS in epistola ad Petrum Mantuanum data et ab hoc animadversionibus suis inserta. Charentonus ab adulatione eandem originem traxisse somniat. Puteanus.

LUDOVICUS DE URRETA, monachus Dominicanus, in opere, quod inscribitur: *Historia Eclesiastica, politica, natural, y moral de los grandes* de Urreta.

y remotos Reynos de la Etiopia (Valentiae 1610. 4. Luſitanice ab *Antonio Colazzo*, Eborae 1611. 4). Et has cenſuras nauci et flocci habet Charentonus.

de Moreto. JOSEPHUS DE MORETO, Jeſuita Navarrenſis, in opere, quod inſcribitur: *Inveſtigaciones hiſtoricas de las Antiguedades del Reyno de Navarra*, de quo in poſterum, acerrime in Marianam invehitur, a Charentono quoque reprehenſus.

Faria y Souſa. EMANUEL DE FARIA ET SOUSA *in Europa Portugueſa* caet.

de Salas y Tovar. JOSEPHUS PELLICER DE SALAS Y TOVAR in libris a ſe editis pluribus.

de Ferreras. JOH. DE FERRERAS in opere hiſtorico, de quo poſtea uberius.

Cf. MARCHAND l. c. p. 141 ſq.

Ex omnibus, a nobis hactenus expoſitis, elucet: 1) perfectiſſimam operis Marianei editionem Latinam eſſe Haganam de a. 1733: perfectiorem tamen eandem evaſiſſe, ſi Marianae ſummarium, tabulae chronologicae regum in diverſis Hiſpaniae olim regnis, explicatio vocabulorum obſcuriorum, editionibus prioribus adiecta, maxime autem additiones et correctiones editionis Hiſpanae de a. 1608 adiunctae fuiſſent. 2) Optimam editionem Hiſpanam eam eſſe, quae Matriti a. 1783 ſqq. prodiit. 3) Verſionem Francogallicam Anglica eſſe inferiorem, certe pauperiorem. Optandum denique, ut Marianae opus tandem aliquando ſecundum editionem archetypi Hiſpani optimam, cum continuationibus, praeſertim ea, quam Medranus elaboravit, et hucusque

usque apud nos prorsus incognita est, civitate Theotisca donaretur.

* * *

ATHANASII DE LOBERA (Cistercienſis monachi coenobii Montis Ramorum in Gallaeciae regno, theologiae Doctoris et regii chronographi, †1605) *Cronologia de los Reyes de España.* En Valladolid 1598. 4. de Lobera.

Cf. ANTONIO T. I. p. 134.
DE FRANCKENAU p. 49.

PHILIPPUS PHILANTIUS de gestis memorabilibus regum Hispaniae. *Neapoli* 1611. fol. — Auctor aeque ac eius liber prorsus nobis sunt ignoti. Philantius.

JOHANNIS BAPTISTAE LAMBERTINI (*Doctoris iuris et Praetoris Halensis in Brabantia, qui varias orbis terrarum plagas peragravit*, † 1630.) Theatrum regium, sive regum Hispaniae series et compendiosa narratio, varias illius regni historias complectens. *Bruxellis* 1620. fol. (De hac editione, licet ab Antonio T. II. p. 367 et in bibliotheca historica Struvio-Buderiana p. 238 laudata, dubitare liceat). *ibid.* 1628. fol. (Antverpianam editionem anni eiusdem excitatam quoque videmus). — Continet opus, quo hodie facile carere possumus, non solum stemmata regia Hispaniae, Aragoniae et Navarrae, sed etiam Lusitaniae. Additum est breviarium rerum gestarum sat negligenter compilatum. Lambertinus.

MARTINI CARRILLO (Caesaraugustani, doctoris iuris in universitate litterarum eiusdem urbis, Canonici et Praefecti Abbatiae Montis-Aragonis Carrillo.

Aragonis, quae ordinis est Canonicorum r
larium S. Augustini in Aragoniae regno, †
Anales, memorias chronologicas, que contienen la
sas sucedidas en el mundo, señaladamente en Esp
desde su principio y poblacion hasta el año MDC.
En Huesca 1622. fol. Et post auctoris obi
Caesaraugustae 1634. fol. — Scriptor in hist
temporum remotiorum exponenda fide indig
utpote qui ex dubiis Dextri, Maximi horum
similium chronicis plura desumsit.

Cf. ANTONIO T. II. p. 79 sq.

Histoire etc. *Histoire ou Inventaire general de l'Histoi*
Espagne, extrait de Mariana, Turquet et d'au
à Paris 1628. 4.

Sanchez. ALPHONSI SANCTII (*liberalium artium Mag*
Complutensis, Professoris in Gymnasio eiusdem u
ibidemque Portionarii, quem dicunt, † ...) de
bus Hispaniae Anacephalaeosis libri VII, a con
Hispania ad annum 1633. *Complati* 1634. 4.
Est epitome, ex libris historiarum Marianae
cerpta.

Bombino. PETRI PAULI BOMBINI, (*Calabri, Nobilis*
Jentini, primum Jesuitarum sodalis, deinde con
gationis Somaschae sacerdotis, † 1648) Breviarii
rum Hispanicarum ab Hispania reviviscente,
ab anno 712 ad a. 1350, Enneas I. *Venetiis* 1
4. — Opusculi huius posthumi nec necess
continuatio typis nunquam mandata fuit.

Cf. ANTONIO T. II. p. 369.
MAZZUCHELLI *Scrittori d'Italia* Vol. II. P. III. p.

Synopsis etc. Synopsis sive Hispanicarum omnium hist
rum speculum, cum caeterarum Monarchiar

In

Imperiorum, ac Regnorum, Pontificatuum. rerumque ac virorum memorabilium appendicibus, Liber I. *Viennae Austriae* 1634. 4. Numne forte repetitio libri proxime praecedentis?

RODERICI MENDEZ SILVA *Catalogo Real Genealogio de España*. En Madrid 1637. 8. *ibid.* auctius 1639. 8. *ibid.* 1656. 4. — Libellus pauper admodum et sterilis, cuius auctor potissimum operam frivolam posuit in explicandis principum nominibus. Mendez Silva.

ANTONII JULII BRIGNOLE (Patricii et Senatoris Genuensis, aliquamdiu reipublicae patriae oratoris in aula Hispana, et post annum aetatis XLVII Jesuitae, † 1665) *dell' Istoria Spagnuola Libri IV*. In Genova 1640. 4. *ibid.* 1646. 4. Brignole.

Eiusdem *Istoria Spagnuola, ovvero il Celimauro*. In Genova 1641. 12. In Roma 1646. 12. *In Genova* 1649. 12. In Roma 1654. 12. In Genova 1656. 12. In Roma 1659 12.

Cf. MAZZUCHELLI l. c. Vol. II. P. IV. p. 2099 sq. qui vero ne syllabam quidem de horum librorum ratione addit.

ERYCII PUTEANI (*Chronographi regii* Hispanici) Theatrum imperatorum Austriacorum, Ducum Burgundiae regumque Hispaniae. *Bruxellis* 1642. fol. — Genealogiae in primis regum Hispanorum inservit. Puteanus.

FRANCISCI DE CEPEDA, (Oropesani, municipii *de Cervera* Parochi) *Resumtà historial de España desde el Diluvio hasta el año MDCXLII*. En Madrid 1643. 4. — *Acra añadida por D.* LUIS DE CEPEDA *hasta el año MDCLII*. ibid. 1654. 4. de Cepeda.

Garcia. CAROLI GARCIA *Oposicion y Conjuncion d dos grandes Luminares de la Tierra d' Espa Francia. De nuevo corrigido y añadido un Con dio Hiſtorial de los dos muy poderoſos Reynos d' Es y Francia.* En Gant 1645. 8. Adiecta eſt v Francogallica. Idem auctor foras dedit: *Au tia de los Franceſes y Eſpañoles* (en Rouen 162 *ibid.* 1630. 12. *ibid.* 1638. 12. *Italice*, Venet. 1 8. *Theotiſce*, Ratisbonae 1676. 8). Eſtne ſ uterque liber unus et idem, titulo ſolo differ

Ribeyro. JOHANNIS PINTO RIBEYRO liber, ſupra Vc P. II. p. 187 a nobis excitatus, huc etiam, c dammodo pertinet.

Saavedra Faxardo. *De* DIDACI SAAVEDRAE FAXARDO *Co Gotica, Caſtellana y Auſtriaca* v. infra Sect. V.

Lopez. LUDOVICI LOPEZ (de quo ſupra) *Tablas C nologicas univerſales de Eſpaña deſde el año MDC de la creacion del mundo, que la empeçò à poblar bal, haſta nueſtros tiempos.* En Çaragoça 165

de la Sierra et Lozano. MICHAELIS DE LA SIERRA ET LOZANO, (nachi Hieronymitani coenobii S. Engratiae bis Caeſarauguſtanae) *Anales del mundo, eſp de Eſpaña y Celtiberia, deſde la creacion, haſta C ſto N. S.* En Çaragoça 1659. fol.

du Verdier. GILBERTI SAUNIER DU VERDIER (Hiſto graphi regii Francogallici) *Abrégé de l'Hiſt d'Eſpagne.* à Paris 1659. 12. *ibid.* cum contin tione 1662. II Voll. in 12. *ibid.* cum continuati usque ad a. 1674. *Lugduni* 1674. IV Voll. in Liber, hiſtoriographo minime dignus!

De libro BARTHOLOMAEI DE ROGATIS (16 v. infra Sect. V. §. II.

JOSEPHI PELLICER DE OSSAU ET TOVAR (Equitis Ordinis S. Jacobi, supremi historiographi regii, † 1679) *Aparato à la monarchia antigua de las Espanas, en los tres tiempos, del mundo, el adelo, el mitico, y el historico.* En Valencia 1673. II Voll. in 4. Pellicer.

BERNARDI GIUSTINIANI, (Abbatis Veneti, Comitis et Equitis magnae crucis, †....) *Historia general della monarchia Spagnuola antica e moderna, Guerre, Mutazioni, e Avvenimenti più memorabili, Nasçimenti, Matrimonj, Discendenze e Parentadi di que' Prencipi con tutti li Potentati d'Europa, con la puntuale Cronologia d'anni, mesi, e giorni del diluvio universale fino l'anno* 1674. *Inscrizioni, Arbori ed Armi Regie. Origine di famiglie di Sangue Regale, Dignità ecclesiastiche, e di tutte le Secolari, Ordini Equestri, Consigli, e d'ogni altro Tribunale, curiose ceremonie, e breve descrizione di quella vasta Monarchia. Estratta delle più autorevoli Chroniche Spagnuole, ridotta in quattro libri, e consecrata all' Excellentissimo Signor D. Gaspar de Teni etc.* Venezia 1674. 4 mai. — Opus hocce, maioribus linearum spatiis impressum, nil continet nisi versionem paullo diductam et auctam libri genealogici *Roderici Mendez Silva*, paullo ante a nobis commemorati, additis insignibus plurimorum Hispaniae principum. In genealogis igitur, si nil aliud adsit, consuli potest; res enim gestas vix primis labris attigit, et in his adeo haud raro titubat. Giustiniani.

Der Könige in Spanien Leben und Absterben. Nürnberg 1678. 12. Cum figg. Compilatio insulsa! Der Könige etc.

Anales de la Monarquia de España, despues de su perdida; por Don JOSEF PELLICER DE OSSAU Y Pellicer.

TOVAR; publicadas *por Don* MIGUEL PELLICER, *ſu hijo.* Madrid 1681. fol.

Vanel. *Abrégé nouveau de l'hiſtoire général d'Eſpagne, depuis ſon Origine juſqu'à préſent, par le Sieur* VANEL, à Paris 1689. III Voll. in 12. — Liber oblivioni iam dudum traditus.

Hiſtoire chronologique etc. *Hiſtoire chronologique d'Eſpagne, commençant à l'origine des premiers habitans du Païs, et continuée juſqu'à préſent. Tirée de Mariana et les plus célébres Auteurs Eſpagnols, par Mad^e^ ***.* à Rotterdam 1695. III Voll. in 12. *ibid.* 1696. III Voll. in 12. Compilatio lectu iniucunda. Nonnulli Comitiſſam D'AULNOY, ſupra commemoratam, auctorem credunt.

de Ferreras. JOHANNIS DE FERRERAS (Sacerdotis Matritenſis, Bibliothecarii regii ac Socii Academiae hiſtoricae regiae, quae Matriti floret, † 1735) *Synopſis hiſtorica chronologica de Eſpaña formada de los autores ſeguros y de buena fè.* En Madrid 1700-1732. XVI Voll. in 4. *Francogallice* hac inſcriptione: *Hiſtoire générale d'Eſpagne traitée en forme d'annales, et reduite à une juſte chronologie; traduite de l'Eſpagnol de Don* JUAN DE FERRERAS, *Curé de S. André de Madrid, et premier bibliothécaire de Sa Majeſté Catholique, enrichie de notes hiſtoriques et critiques, de vignettes en taille douce et de cartes geographiques par M.* (VAQUETTE) d'HERMILLY, (Cenſore regio, † 1778). à Paris 1741-1751. X Voll. in 4 mai. *Theotiſce* ex hac Francogallica interpretatione (quoad ſex priora volumina a *Joh. Friderico Schroeter*, Magdeburgenſi) dirigentibus, (a Vol. I. usque ad VII) *Sigismundo Jacobo Baumgarten* et (a VII usque ad X) *Joh. Salomone Semlero.* Halae Magdeb. 1754-1760. X Voll. in 4 mai. Addita

est huic versioni continuatio operis, definen-
um anno 1598, elaborata et ad a. 1618 per-
a a PHILIPPO ERNESTO BERTRAM, Professore Bertrami
n Halensi. Quam continuationem compre-
dunt volumina XI. XII et XIII, *ibid.* 1762.
9. 1772. 4 mai. — Audiamus primo de hoc
ntiore Hispaniae historico Hispanum ipsum,
lem a S. Joseph in eiusdem Bibliographia
ca P. III. p. 6 sq. „Johannes de Ferreras
sit incomposito stylo ac pene vulgari Hispa-
dictione, *Synopsin historicam et chronologicam*
niae, tot volumina complectentem, quot,
norum iudicio, sufficerent pro conscribenda
ma Hispanicae gentis historia. Hinc plures
psis nomen, quod Auctor magnae molis Hi-
o operi indidit, tanquam exoticum, ac prori-
ineptum reprobare inveniuntur. Plerisque
a exosa nimis et licentior visa est Critica illa,
homo Hispanus, contra morem suae gentis,
m religiose pieque receptissimas infixasque
norum animis traditiones refellere ausus est.
ani enim similia ab exteris utcumque male
untur, at in gentilitio historico vehementis-
: execrantur. Hinc non mirum, opere non-
i absoluto, et sex tantummodo prioribus To-
e praelo in lucem emissis, anonymi adversus
horem prodierint scripti, severiori quodam
) exarati, atque exactioris Critices bono usu
positi. In quinque etiam posterioribus vo-
inibus plura quidem sunt, quae ab ignoto, sed
lito scriptore iure emendantur; in *Animad-*
: *Historicis* impressis an. 1723. Author, ut
nderet, ipsa adversariorum suorum impugna-
e profeciisse, meliusque vidisse alienis oculis,
edam in VII Tomo, a se prius inconsulte
scripta, docilis retractavit, ac usurpatos qui-

busdam ſacris ac Religioſis Ordinibus Sanctos fideliter reſtituit. Adhuc tamen aliena nonnulla retinet, atque ea praecipue, quae ad S. Jacobi Hiſpaniarum Patroni honorem, et ad intemeratae Deiparae laudem pie credimus pertinere. Caeterum, quae incredulus auctor in hac parte ſcribendo commiſit, iam Sacer Fidei Senatus ſupprimenda decrevit, et communis Fidelium pietas contemptui adiudicavit. In caeteris Scriptor noſter haud ſuo in hiſtoria merito caret; et quamvis pluribus quidem diſpliceat, quod Beroſi Annani *Antiquitates*, Dextri, Hauberti, et aliorum Chronica, ſimiliaque Hiſpanicarum rerum recentiſſima monumenta, tanquam conficta et fabuloſa contemnat, placet et in hoc ipſo plurimis, quibus iam pridem ea ipſa viluerant.“ — Ex hac ipſa ſententia nobis eluceſcere videtur, Ferreraſium plurimos Hiſpanos hiſtoricos critices ſtudio ſuperaſſe, eumque longe veriorem et puriorem patriae hiſtoriam traditurum fuiſſe, niſi perverſum ſtudiorum et litterarum cultus regimen ſuperſtitioque infauſta impedimento fuiſſent. Colligere adeo exinde rite poſſumus, in Hiſpania ipſa, permanente triſti litterarum conditione, nunquam hiſtoriam huius regni liberalem, et a partium ſtudio, ſuperſtitione opinionibusque pravis alienam procreari poſſe. Popularium igitur ſuorum, a recto bonas litteras colendi tramite vel hoc noſtro tempore adhuc longiſſime aberrantium, perverſitate factum eſſe videtur, quod auctor noſter antiquiſſimam hiſtoriam, ubi nihil de Hiſpania compertum, inde a Noacho atque Tubale inchoaverit, bella a Romanis in Hiſpania geſtis nimis copioſe expoſuerit, fabellas aniles, confutatione prorſus indignas, magno eruditionis apparatu refellerit, conſulum Romanorum

n indicem chronologicum adeo inſeruerit, ne ſint generis huius alia. Quicquid illud m ſit, vere affirmare poſſe credimus, Ferum pluribus in condendo opere ſubſidiis fuiſſe, quam hiſtoricos ſuperiores, eaque e pluribus locis obſcurioribus lucem affuplenam. Nihilo tamen minus addere liceat, tioni huius viri ingenium non reſpondiſſe; ſi Marianae ſimile fuiſſet, nae hiſtoriam politiorem, elegantiorem, et ad uſum nem aptiorem tradere potuiſſet. Ingenii dotibus Ferreraſium a Mariana ſuperari pu. Auctor hiſtoriam ſolummodo usque ad m Philippi II ſive ad a. 1598 produxit. o ultimo, qui eſt decimus ſextus, adiuncta ſertatio luculenta, ſectionibus quatuordeiſtincta, additionibus, emendationibus ac ſionibus referta. Singuli tomi indicibus atis ſunt inſtructi. — Verſio operis Franica archetypo praeferenda videtur, quia illius cum in praefationibus, tomis ſingupoſixis iisque ſat copioſis, tum in annotabus larga manu adſperſis, haud pauca ab Hipeccata commiſſa correxit, omiſſa contra verit. Interpretatio Theotiſca iure meriex archetypo reddenda, bonaque verſioancogallicae adhibenda in uſum communem nt: at editores, ſiniſtro genio ducti, arche- n prorſus neglexerunt, omniaque ex ver- Francogallica Theotiſce reddi iuſſerunt, ctum, ut Theotiſca inquinatior adhuc fluat ogallica. Optime forte Germanis conſulſuiſſet, ſi Bertramus, ſeu quisque alius botae hiſtoricus, Marianae, Ferreraſii alioue Hiſpanorum lucubrationes in eorum ratione apta convertiſſet. Certe Bertrami

continuatio, quicquid Abbtius poſtea lauda contra dixerit, praeferenda videtur, cum rat rerum dilectarum, tum eloquendi ge ere, ſpani moliminibus, maximeque dolendum, vir doctiſſimus diligentiam ſuam felicem no que ad ſuam aetatem protruſerit, ſed in 1648 ſubſtiterit. In praefationibus, ſinguli tribus voluminibus praemiſſis, Bertramus tias librorum a ſe uſurpatorum litterarias exh ſimulque in illa, quae duodecimo praefig defenſionem doctam acerbamque contra A cenſuras inſtituit.

Cf. BAUMGARTENII *Nachrichten von merkwürd chern* T. I, p. 131 ſq.

(ABBTIUS) in *Briefen die neueſte Litteratur betr* P. XX. p. 3-24. 49-72.

Ex adverſariis Ferreraſii, quos modo in mus, ſequentes nobis innotuerunt:

Ciſneros. DIDACUS MARTINEZ CISNEROS, in lil quem inſcripſit: *Anti-Ferreras*, Matriti 173

Berganza. FRANCISCUS DE BERGANZA, cuius Anti tates Hiſpanas propugnatas ſupra Sectione II. indicavimus, in quibus iam Ferreraſium ado erat, qui vero in ultimo operis ſui tomo eum refellere ſtuduit, libellum ſingularem, in ſententias ſuas tueri ſtuduit, poſtea in lu emiſit, ſic inſcriptum: *Ferreras convencido, critico deſengaño en el Tribunal de los doctos.* Madrid 17.., 4.

Meſcola. DIDACUS MESCOLA, qui ſcripſit: *Ferreras ra Ferreras, y cava de miſmo palo, ſobre la p ſa de ſu Hiſtoria de Eſpaña.* En Madrid 17... 8 Hic Ferreraſium ſibi ipſi paſſim contradixiſſe monſtrare conatur.

JOH

* * *

IANNIS STEVENS, (eiusdem, qui Maria- Stevens.
na hiſtoricum Anglice reddidit) *Brief Hi-*
ſtory of Spain, collected from the Spaniſh-Authors,
1701. 8. Cuius libri forte verſio, quae
Hiſtoire abrégé d'Eſpagne contenant les
vies de ſes Rois, depuis que ce Pais a
commencé d'être habité, mais d'une maniére plus par-
ticuliére, depuis Flavius, Chindaſuinte, qui regnoit
environ 1000 ans, et duquel eſt deſcendu le pre-
ſent Philippe V. du coté maternel, avec la Rela-
tion de leurs principales Actions, et de leurs mariages,
de leurs deſcendans, et de leurs Titres, et de tout ce
qui s'eſt paſſé de plus memorable ſous leurs regnes; on
y a joint une relation ſuccinte des Etats de cette Com-
té, de ſes Revenus etc. et une Table chronologique
de la ſucceſſion de ſes Rois juſqu'à preſent. à Utrecht
1708.

Hiſtoire d'Eſpagne, depuis le commencement de la Hiſtoire etc.
monarchie juſqu'à Philippe V. à Bruxelles 1704. III
voll. in 12. — Epitomen potius mediocrem,
quam hiſtoriam iuſtam hic liber continet.

Nouvelle introduction à l'hiſtoire d'Eſpagne, ou la Nouvelle
chronologie de ſes Rois, la Geographie, et le Gouver- introd. etc.
nement politique et eccleſiaſtique, par Mr. N. à Am-
ſterdam 1704. fol. Cum tabb. aen. — Raro hic
occurrit. Bertramo, (in praefatione ad to-
mum XIII Ferrariſii Theotiſci) pars videtur At-
lantis Gueudevilliani, magnifice quidem typis
expti, nihilo minus tamen iure meritoque
neglecti, cuius particulae ſeparatis quoque titu-
lis editae.

(CLAUDII) BUFFIER (Jeſuitae) *Abrégé de l'His-* Buffier.
toire d'Eſpagne. à Paris 1704. 8.

Genea-

Genealogia etc. *Genealogia de los Reyes de Eſpaña.* En A
res 1720. 12. Cum tabb. geographicis.

Morvan f. Bellegard. (JOHANNIS BAPTISTAE MORVAN, vulgo
tis BELLEGARD) *Hiſtoire générale d'Eſpagne*
de Mariana et des autres Hiſtoriens Eſpagnols
ris 1723. IX Voll. in 12 mai. *ibid.* mutato
titulo 1726. IX Voll. in 12 mai. Cum tabb.
In feliciſſimo conatu hoc opus compo
Praefatio fiſtit Hiſpanicae hiſtoriae epit
ſuriumque, quibus Andegavenſium Dux
chiam Hiſpanam ſibi deberi olim contendi
ma capita, et neſcio quid admonitionis,
ſcriptorum, quibus auctor uſus eſt, aut
uſum videri vult, cohors recenſetur, tam
functorie, tam nullo ordine, nullo ſelectu
copia aut ubertate, ut rerum hiſtoricarum
tus facile ex hoc uno folio univerſi oper
XXIV libros diviſi, naturam diſcere queat.
octavo, in quo Caroli II regis res geſtae a
brantur, adiecta ſunt nonnulla de regni ſo
ingenio ac moribus Hiſpanorum, nec non
bus veluti gradibus ad tantum faſtigium aſce
rit haec monarchia, aliaque, v. c. explicatio
minum antiquorum populorum, provincia
atque urbium geographica. Tomus ultimu
bus Philippi V exornandis deſtinatus, iteru
fine nonnullas obſervationes habet adiectas.
que magno numero inſertae regum, hero
ducum, imagines inciſae aeri, ſed in qu
omnibus nitorem, in plerisque veritatem, a
ſimilitudinem deſideres. Argumenta adiec
indices, ſed in quibus nil niſi negligentia
oſcitantiam deprehendes. Hiſtoria ipſa ſcate
roribus ac peccatis, partim ex Galluli levi
partim ex partium ſtudio ortis, iisque tam h

JOHANNIS BAPTISTAE PHLIPOTOT DU CHESNE, (praeceptoris iuventutis principis Philippi V, regis Hispaniarum, † 1755) *Abrégé de l'Histoire d'Espagne.* à Paris 1741. 12. *Hispanice*, et quidem elegantissime atque cum annotationibus criticis ab *Josepho Francisco de Isla.* Matriti 1758. II Partes in 12. *ibidem* 1767. II Partes in 12. *ibid.* 1782. II Tomi in 8. — Quum auctor in usum iuventutis regiae, quam bonis litteris instruxerat, hunc librum elaboraret, dilectum rerum, eo spectantium, sedulo observare studuit. Eundem in finem multas intexuit observationes atque praecepta, quae iuventuti usui esse possint. Incipit ab adventu Phoenicum et Karthaginiensium in Hispaniam; et cum anno 1740 definit. Adiectae sunt tabulae regum genealogicae. du Chesne.

Cf. *Goetting. Zeitungen* a. 1742. p. 50.

JOHANNIS ALVAREZ DE COLMENAR *Annales d'Espagne et de Portugal* etc. (à Amsterd. 1741. VIII Voll. in 12 mai.) Supra Vol. V. P. II. p. 145 sq. a nobis recensitum opus, negligentissime maximamque partem brevissime sineque fontium historicorum usu historiam Hispanam, quasi appendicis loco, duobus tomis prioribus exponit. Usque ad a. 1640 auctor citissime annales Hispaniae transcurrit, et postea quoque interdum trium annorum gesta unica pagina tenet. Periodus contra illa brevior, ab anno 1735 usque ad a. 1740, tam fuse pertractatur, ut dimidiam tomi secundi partem impleat. de Colmenar.

JOHANNIS ANTONII DE ESTRADA, opus supra inter topographos Sect. II. §. II commemoratum, huc etiam quodammodo pertinet. de Estrada.

ANTO-

Eſpinoſa. ANTONIUS ESPINOSA, Jeſuita, Epitomen Francogallicam, (neſcimus quamnam?) hiſtoriae Hiſpanae, cum deſcriptione Hiſpaniae geographica, Hiſpanice reddidit. *Matriti* 1750. 4.

Deſormeaux. (...) DESORMEAUX (cauſſarum Patroni Pariſienſis et Hiſtoriographi gentis Borbonicae) *Abrégé chronologique de l'Hiſtoire d'Eſpagne, depuis ſa fondation juſqu'au régne préſent.* à Paris 1758-1759. V. Voll. in 12 mai. (Volumen primum habet in fronte annum 1759, ſecundus 1758). — Paullo probabilior hic Francogallus hiſtoriam Hiſpanam conſcripſit, quam eius populares hucusque recenſiti. Sicuti vero hi partium ſtudio contra Hiſpanos laborant: ita hic iisdem adulatur propter reges illius monarchiae ex ſtirpe regia Francogallica oriundos. Frontem hominis miraberis, ubi legas, Hiſpanam et Francogallicam gentem omnes terrarum orbis populos ſuperare. Saepe ideo contra Anglos, aliosve iniuſtus eſt. Thuano, hiſtorico praeſtantiſſimo, uſus quidem eſt: at non ſemper eum intellexit. Res geſtas ſaepe ſiniſtre exponit, atque ordine chronologico confuſo. Nec teſtes narrationis indicare ſolet.

Velazquez. *Anales de la nacion eſpañola, desde el tiempo mas remoto, haſta la entrada de los Romanos: ſacados unicamente de los eſcritores originales y monumentos contemporaneos, por Don* LUIS JOSEPH VELAZQUEZ, *Caballero del Orden de Santiago de la Academia Real de la Hiſtoria.* En Malaga 1759. 4. — Auctoris ſtudium eo potiſſimum tendit, ut hiſtoriam patriae remotiſſimam a fabulis, quibus ab aliis inquinata fuit, quo fieri potuerit, repurgaret, quod ſecundum regulas artis criticae ſatis feliciter illi ſucceſſit. Omnia enim veterum Graecorum et Romanorum loca de Hiſpania agentia diligenter excuſ-

, ordine chronologico diſpoſuit atque
ıvit.

ıPERE *Bibl. Eſpañola* T. VI. p. 149.

ROLI JOH. FRANC. HENAULT, PAULI MAC- Abrégé chronologique etc.
et JACOBI LACOMBE) *Abrégé chronologique*
ſoire d'Eſpagne et de Portugal etc. à Paris
I Voll. in 12 mai. Cf. ſupra Vol. V. p. II.

ıNCISCI DE GARMA Y SALCEDO *Theatro* de Garma
l de Eſpaña. En Madrid 1766. IV Voll. in y Salcedo.
Quum hiſtoria tum notitia politica in-
:itur.

ıoriae Hiſpaniae epitomen, à GUILIELMO Guthrie etc.
IE, JOH. GRAY, aliisque Anglis, in hiſto- Kirret.
verſali, ſaepe a nobis excitata, exhibitam; Dieud.
ES DANIEL RITTER et JOH. ANDREAS
, in verſione Theotiſca, quae Lipſiae 1772
4 prodiit, mendis innumeris purgarunt,
auxerunt, teſtimoniaque ſcriptorum cu-
appoſuerunt; et alter quidem hiſtoriam
ıiae a prima gentis in annalibus mentione
ad annum 1479, partis iſtius operis ſecun-
/erſionem Theotiſcam quintae voluminе
lo p. 295-880: alter ab anno poſt Chriſtum
1 579 usque ad a. 1773 in volumine duo-
o p. 1-449. Artis criticae ope uterque, lo-
ıſcurioribus lucem plenioremi, Hiſpanicis
icis ipſis, affuderunt.

HANNIS FRANCISCI DE MASDEU (Barcino- de Masdeu.
:) *Storia generale di Spagna. Tomo I.* In Fo-
1781. 4. Idem tomus hac inſcriptione: *Sto-*
ıica di Spagna e della coltura Spagnuola -- di
Franceſco Masdeu. *T. I.* In Firenze 1787. 4.

Italorum quidem in gratiam, qui haud probabilem hiſtoriam gentis Hiſpanae Italice ſcriptam norunt, auctor, tredecim per annos in Italia vitam degens, opus hoc aggreſſus eſt. Poſtea vero, quantum nos ſcimus, hanc ſpartam reliquit, atque ſermone patrio non ſolum tomum primum ipſe Hiſpanice reddidit, ſed etiam continuationem eodem ſermone exhibuit, et tomum illum quidem hac epigraphe: *Hiſtoria critica de Eſpaña, y de la cultura Eſpañola. Obra compueſta y publicada, en Italiano por D.* Juan Franceſco de Masdeu, *Natural de Barcelona.* T. I *y preliminar a la hiſtoria. Diſcurſo hiſtorico filoſofico ſobre el clima de Eſpaña, el genio y el ingenio de los Eſpaños para la induſtria y literatura, ſu caracter politico y moral.* En Madrid 1783. — T. II — X. *ibid.* 1787-1792. 4 min. Num tomi plures ſucceſſuri ſint, et quidnam in iis, qui nunc venales proſtant, continetur, definire nequimus. Nos ſolummodo de primo affirmare poſſumus, deſiderium reliquos legendi eodem non magnopere excitari, quippe qui omni arte critica fere careat, atque auctorem nimium laudatorem gentis ſuae nobis oſtendat. Verſio Italica ſub auctoris auſpiciis procuratur; ſed eius notitia hucusque nos fugit.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1785. p. 1295 ſq.

SEMPERE l. c. T. IV. p. 262.

Eſprit des Journaux a. 1788. T. IV. p. 20-27.

Sed.

SECTIO V.

Scriptores regnorum et principatuum, qui olim in Hiſpania floruerunt.

§. I.

Scriptores de regno Viſigothorum in Hiſpania.

Exhibuimus quidem ſupra Vol. V. P II. p. 41. ſo notitiam litterariam de ſcriptoribus rerum Gothicarum, ubi et varia huc ſpectantia profe-runtur, praecipue Hiſtoria regum Gothorum, ab *Juliano de Caſtillo* conſcripta, et qua res Hiſpanorum geſtae usque ad tempora Ferdinandi et Iſabellae enarrantur (v. l. c. p. 52). Sed hoc loco addendi ſunt ſcriptores ſequentes.

Corona Gothica, Caſtellana y Auſtriaca, politicamente ilustrada. Parte primera. *Dedicada al Principe de las Eſpañas nueſtro Señor. Por Don* DIEGO SAAVEDRA FAXARDO, *Cavallero del Orden de Santiago, del Conſejo de ſu Magestad en el ſupremo de las Indias, y ſu Plenipotenciario para la paz universal. Impreſa* en Munſter 16. 6. 4. En Amberes 1658. 4. En Madrid 1658. 4. — Auctor poſtquam varia negotia publica iuſſu regis Hiſpaniarum tractaverat, miſſus una cum Caſpare Bracamontio Peñarandae Comite, regio legato, Monaſterium in Weſtphalia propter pacandam Europam, bello tricennali diſturbatam; ibi opus hocce aggreſſus eſt, in quo res et rem regni in Hiſpania Viſigothici prudentiſſime illuſtratam ab Alarico ad Rodericum usque ſcite expoſuit, excitatis in margine teſtimoniis, quibus vero ob delectum neglectum ſaepe parum ineſt fidei et auctoritatis. Excuſandus tamen quodammodo, quia principum iuvenum in uſum maxime librum elaboravit, Saavedra Faxardo.

eamque ob cauſſam magis bona praecepta, quam rerum geſtarum veritatem exactiſſimam reſpexit. Hiſpani hodierni adeo opus magni aeſtimant propter ſermonis puritatem et elegantiam, dolentque inſigniter, alteras binas partes non abſolutas fuiſſe ab auctore, morte anno 1648 praepedito. De Continuatione *Nunneſii de Caſtro* v. §. III huius ſectionis.

Cf. ANTONIO T. I. p. 241.
DE FRANCKENAU p. 97.
DENIS *Merkw. der Garell. Bibl.* p. 606 ſq.

Rogatus ſ. de Rogatis. BARTHOLOMAEI ROGATI, *ſeu* DE ROGATIS, Hiſtoria, de regno Gothorum attrito et reparato in Hiſpaniae partibus ex *Abulcacimi Tariffi*, Arabis, relationibus Hiſpanica lingua iam expoſitis, Latine, *Neapoli* 1648. De Abulcacimi opere egimus Vol. II. P. I. p. 233 ſq. Rogatus verſionem Italicam cum continuatione compoſuit, de qua poſtea §. II. agetur.

Examen etc. *Examen cronologico del año, en que entraron los Moros en Eſpaña.* En Madrid 1677. 4.

Perez. JOH. BAPTISTAE PEREZ *Cronologia de los Reyes Godos;* in *Florez Eſpaña ſagrada* T. II. p. 20 ſeqq. Editor notas ſuas adiecit. Ibidem p. 172 ſqq. *Chronicon Viſigothorum*, quod vulgo, ſed falſo, Epiſcopo cuidam, *Vulfae* tribuitur, integrum exhibetur, variis lectionibus et notis Floreſii. In quibus anni regum Tulgae, Chindaſvinthi, Receſvinti, Egicae, Witicae et Roderici, fuſe illuſtrantur.

Beſchreibung etc. (Bachmanſon). *Kurze hiſtoriſche Beſchreibung der wahren Urſachen vom Untergang des Gothiſchen Reiches in Spanien, und deſſen itzigem Zuſtande. Aus dem Schwediſchen*

diſchen überſetzt. Copenhagen und Leipzig 1749. 8. — Archetypum nos latet, nec auctorem ſatis certo novimus. Alii eum ANDREAM NORDENKRANZ appellant: alii, et quidem vero ſimilius, ANDREAM BACHMANSSON. Hic certe auctor perhibetur operis ab intio libelli huius laudati et inſcripti: Anatomia et Scrutamen ſtatus politiae et oeconomiae Suecanae. Ibi iam affirmaverat, regna Gothica in Suecia tam extra eam ſacerdotum Pontificiorum artificiis corruiſſe. Quod quum ſolummodo ſtatuerat, non vero probaverat, hoc in libello ſparta iſta gnaviter perfingitur. Melius adhuc res ſucceſſiſſet, ſi teſtimonia, quibus uſus eſt, paullo curatius examinaſſet.

Conjeturas ſobre las Medallas de los Reyes Godos, y Suevos de Eſpaña. Por Don LUIS JOSEPH VELAZQUEZ, *Señor de Valdeflores y Sierrablanca, Caballero del Orden de Santiago, de la academia Real, de las Inſcripciones, Medallas, y Bellas Letras de Paris.* En Malaga 1759. 4. — Ineſt explicatio centum et triginta ac ſex numorum regum Viſigothicorum, atque trium Suevicorum, quorum ope varia argumenta hiſtoriae Hiſpanae temporum iſtorum dilucidantur. In fronte libri poſitae ſunt obſervationes nonnullae generales circa eandem rei numariae partem obſcuram: in fine vero chronologia regum Gothicorum et Suevicorum cum indice civitatum, in quibus numi iſti ſunt cuſi. Velazquez.

JOH. FRIDERICI MÜLDENER (Syndici civitatis Francohuſanae) *Specimen rei numariae veteris de tribus aureis numis celebratiſſimi Gothorum regis* Müldener.

Wallias. Francofurſ. 1752. 4. — Studium auctoris doctum circa numos iſtos non omnia, quae in iis viſuntur, explicare potuit.

Lopez. MICHAELIS SANCTII LOPEZ, *Diſertacion ſobre el Monocato del Rey Wamba;* inter Diſſertationes Academiae Hiſpalenſis bonarum artium T. I. (1773).

Mayans. GREGORII MAYANS ET SISCAR, *Defenſa del Rey Witiza.* En Valencia 1772. 4. *Throtiſce*, et quidem ex auctoris ſchedis manu ſcriptis, (archetypum enim poſt verſionem hanc demum typis mundatum fuit) *Carolo Chriſtoph. Plier;* in Büſchingii *Magazin für die neue Hiſtorie und Geographie* T. I. p. 379-418. — Rex iſte Viſigothicus a plurimis chronicorum architectis, monachis potiſſimum, calumniis atrociſſimis obrutus, a Majanſio, arte critica adiuvante, in integrum quaſi reſtitultur, certe maior calumniarum pars egregie ab eo abſtergitur.

Coronica, etc. *Coronica del Rey Rodrigo, poſtrimero Rey de los Godos, I y II Parte.* En Valladolid 1526. fol. Poſtea correctius hac inſcriptione: *Cronica del Rey Don Rodrigo, con la Deſtruycion de Eſpaña, y como los Moros la ganaron; nuevamente corregida.* En Alcala de Henares 1587. fol.

§. II.

Scriptores de imperio Arabum in Hiſpania.

Scriptoribus, ſupra Vol. II. P. I. p. 233 ſqq. enumeratis, addendi ſunt ſequentes.

Bleda. IACOBI BLEDAE, (*ex oppido Algemeſi regni Valentiae oriundi, Monachi Dominicani, Ordinis ſui Praedicatoris generalis, et officii Inquiſitionis fidei Cenſoris,*

ſer:s, † 1624). Defenſio Fidei in cauſa Neoplutorum ſive Moriſchorum Regni Valentiae, totiusque Hiſpaniae; *cui adhaeret:* Tractatus de iuſta Moriſchorum ab Hiſpania expulſione. *Valentiae* 1610. 4. *Hiſpanice* ibid. eod. 4.

Eiusdem *Chronologia de los Moros de Eſpaña, en seis Libros*. En Valencia 1618. fol. (12½ alphabetorum mole). Exſtat liber Anglicus, qui num verſionem huius operis vere ſiſtat, certo haud ſcimus, hac quidem epigraphe: *The Hiſtory of the conqueſt of Spain by the Moors, translated from the Spaniſh, by M.* Taubman.... 1687. 8. — Copioſiſſime quidem, ſed etiam animo minime placato, exponit auctor Maurorum ſive Moriſcorum perſecutiones in Hiſpania, usque ad imperium Philippi III regis, quippe qui ipſe calidiſſimus eorum hoſtis eorumque ex Hiſpania expulſionis ax et tuba fuit. Inſunt tamen octo libris, quibus opus diſpertitum, haud pauca alia, quibus ſtudium hiſtoriae Hiſpanae iuvari poſſit, v. c. nobilium Hiſpanorum contra Mauros geſta, praefixo operi peculiari eorundem catalogo.

Cf. ANTONIO T. I. p. 468.

DE FRANCKENAU p. 198 ſq.

RODRIGUEZ p. 186.

XIMENO T. I. p. 298 ſqq.

Don Pélage, ou l'Entrée des Maures en Eſpagne, par D. DE JUVENEL. à Paris 1645. 8. de Juvenel.

BARTHOLOMAEI ROGATI ſive DE ROGATIS *Hiſtoria della perdita e riacquiſto della Spagna occupata da Mori. Parti ſette dall' anno* 600 *fin all'* 1500. *In Venetia* 1660-1662. in 12. *In Bologna* 1675-1677.... *In Venezia* 1689. VII Tomi in 12. Rogatus ſ. de Rogatis.

ibid. 1718. 4. *Theotiſce* hoc titulo: *Hiſtoriſcher B richt von dem Verluſt des Königreichs Spanien, u deſſen Wiedereroberung aus den Händen der Mohr* Augsburg 1728. 8. — Auctor, Stabienſis I lus, Jeſuita, Philoſophiae ac Theologiae Lect Concionator, collegiique in patria Rector, a. 16 vita functus eſt. Inciderat is forte fortuna in brum Albuçacimi Tariffi, ſupra Vol. II. P. I. 833 a nobis recenſitum, dignum illi viſum, qu ex Hiſpanico in ſuum idioma transferret. Ste litati vero, qua ſtilus barbari illius hominis borare videbatur, ſchematum rhetoricorum ſententiarum ethicarum floſculis hic illic int ſperſis medendum eſſe ratus fuit. Quin et e Ch ſtianorum monimentis Arabici ſcriptoris relat nes ſupplevit et interpolavit. Immo nec hac i tione aliquid laude dignum praeſtiturum ſe c didit, niſi univerſa Maurorum Hiſpanienſiu fata ab initio ſaeculi octavi, quo Rodericus, timus Gothicorum regum, vitam imperiumq amiſit, repeteret recenſeretque ad annum usq 1492, quo Ferdinandus Catholicus omnes A bum reliquias Hiſpaniarum finibus eiecit. S peſte correptus Rogatus quinque modo partes umbilicum perduxit, in anno 1367 deſinent Reliquis duabus affectis immortuus. His an demum 1675 ANDREAS SANNELLIUS, Jeſuita, timam manum impoſuit Stilus haud inelega accurata rerum geſtarum ſeries, varietasque ſ tentiarum commode et appoſite adſperſar prodeſſe non minus quam oblectare poſſunt. bulas tamen non unas de apparitionibus et mi culis Sanctorum, praeſertim Jacobi Maioris A ſtoli, in hiſtoriam veram ſubinde irrepſiſſe n negamus, quum nec ipſe auctor id forſan infic iverit, nec alia de cauſſa e vetuſtioribus ſcrip

ril

ribus operi ſuo illas adiecerit, quam ut ne in religionem Romano-Catholicam, id genus argumenti delectari ſolitam, iniurius eſſe voluiſſe videretur.

Cl. Actorum Erud. Suppl. T. I. p. 328 ſq.

JOSEPHI VINCENTII RUSTANT *Hiſtoria de las* Ruſtant.
expulſiones y conquiſtas de los Arabes en Aſia, Africa y Europa, haſta ſu expulſion de Eſpaña. En Madrid 1780. 4.

Conſulantur etiam ſcriptores de Moriſcorum perſecutionibus regnante Philippo III.

§. III.

Scriptores de rebus regnorum Caſtellae et Legionis.

CHRISTOPHORI DE SANTISTEVAN ſ. DE SAN- de Santiſte-
CTO STEPHANO (Ordinis S. Jacobi Equitis et ur- van.
bis Valliſoletanae ſub regibus Ferdinando et Iſabella Decurionis) *Tradado de las ſucesiones de los Reynos de Geruſalem, Naples, Sicilia, y Provincias de Pulla y Calabria, y del derecho, que a ellos tienen los Reyes Catholicos Don Fernando y Donna Iſabella.* En Saragoſſa 1503. 4. — In hoc opere ſtemmata regum Caſtellae, Aragoniae et utriusque Siciliae auctor explicuit, et quo quodque regnum iure ad eos pervenerit, uberius enarravit.

Cl. DE FRANCKENAU p. 75.

PETRI SALAZAR DE MENDOZA, (Jureconſulti Salazar
et Canonici Toletani, †....) *Origen de las Digni-* de Mendoz
dades ſeglares de Caſtilla y Leon, con relacion ſumaria de los Reyes deſtos Reynos de ſus acciones, caſamientos, hijos, muertes, ſepulturas; de los que las

en criado y tenido y de muchos Ricos-hombres madores de privilegios. En Toledo 1618. f *Madrid* 1657. fol.

deSandoval. PRUDENTII DE SANDOVAL (Valliſole Sacerdotis, Benedictini Ordinis, Epiſcoj mum Tudenſis, deinde Pampelonenſis et Hiſtoriographi, † 1621) *Hiſtoria de los R Caſtilla y de Leon, Don Fernando el Magno nombre, Infante de Navarra. Don Sancha murió ſobre Çamora; Don Alonſo VI deſte n Donna Urraca, hija de D. Alonſo VI.; Don VII, Emperador de las Eſpañas, ſacada de li memorias antiguas.* En Pampelona 1634. fol. tonius quoque editionem anni 1615 lauda qua alibi frustra quaetivimus). — Produ *Ambroſius de Morales*, uti ſupra ſectione IV mus, Chronicon generale Hiſpaniae ad mc usque Veremundi tertii, regis Legionenſi annum ſcilicet poſt Chriſtum natum 1037 morte praeventus ſubſtitit. Ne igitur opus gie coeptum imperfectum relinqueretur, Pr tius noſter iuſſu Philippi III id continuare ag ſus eſt. Sed dolendum, quod praeter hui brum, qui admodum raro in Germania cc ret, nihil de illius continuatione lucem vi amplius. Inveniuntur in illo quinque re Legionenſium, qui Veremundum III in reg ne fuerunt ſecuti et quorum nomina operis graphe habet, res geſtae expoſitae. Poſt regis, Alphonſi nempe ſeptimi, vitam Sa valius iam anno 1600 ſeorſim ediderat, i vero correctam et auctam huic operi adi Quod autem Sandoval perficere non potuit hiſtoriae filum ad regnorum Caſtellae et A niae coniu[illegible]onem usque produceretur, i

lem factum per Stephanum de Garibay, de cu-
us ſtudiis ſupra ſectione quarta egimus.

Cl. ANTONIO T. II. p. 206.

Hamburg. Bibl. hiſt. Cent. VIII. p. 117 ſqq.

FREYTAGII *Analecta* p. 807.

ALPHONSI NUNNESII DE CASTRO (Philippi IV Regis Archiatri, Clerici et Hiſtoriographi regii, †....) *Corona Gothica, Caſtellana y Auſtriaca*, Parte II y III. En Amberes 1681. — Parte IV. *ibid.* 1687. fol. — Auctor Saavedrae opus, eodem modo inſcriptum et a nobis paullo ante commemoratum, continuandum ſibi ſumſit, ideoque in hiſce tribus partibus hiſtoriam regum Caſtellae et Legionis usque ad annum 1379 enarravit. Nuñez de Caſtro.

Cl. DE FRANCKENAU p. 12 ſq.

Recopilacion de los privilegios, buenos uſos y coſtumbres, leyes, y ordens de la Provincia de Guipuzcoa. En Toloſa 1696. fol. Recopilacion etc.

Hiſtoria del origen, y ſoberania del Condado, y Reyno de Caſtilla, y ſucceſion de ſus Condes, haſta ſu erection à la Real dignidad de Reyno, y de las uniones, y diviſiones de los Reynos de Caſtilla y Leon, haſta la ultima union en la perſona del Santo Rey Don Fernando. Su Autor Don DIEGO GUTIERREZ CORONEL, *Presbytero, y Comiſario de las Inquiſiciones de Corte, y de Cuenca.* Madrid 1785. 4. — Hiſtoria Hiſpaniae univerſa lucem ex hoc opere foeneratur. Inter alia auctor probare ſtudet, Cantabriam antiquam non provincias Biſcajam, Alavam et Ipuſcoam comprehendiſſe, ut vulgo creditur, ſed ſolummodo regiones provinciae Burgenſis, quae hodie appellantur *las Montañas*, urbesque *de San Vicen-* Gutierrez Coronel.

Vicente de la Barquera, *Santander*, *Laredo* et *ſtrourdiales*; ibidem ex antiquiſſimis tempor ſediſſe populos, cum Principibus haereditа cum omni Hiſpania reliqua minime conne reges Hiſpanos originem minime trahere de this, ſed de Cantabriae ducibus, quorum el nologiam novam condere ſtudet in tempor Gothorum Arabumque.

Cf. SEMPERE l.c. T. III. p. 99 ſqq.

Eiusdem *Diſſertacion hiſtorica, cronologic genealogica ſobre los ſuces de Caſtilla Nuño N Raſura, y Lain Calvo, y el verdadero tiempo, y motivos, circunſtancias de ſu eleccion, y judicat* Ibid. eod. 8.

Cf. SEMPERE l.c. p. 101 ſq.

§. IV.

Scriptores de regno Aragoniae.

Marineus. LUCII MARINEI de Aragoniae regibus libr de quibus ſupra Sectione II. §. II. egimus. Ibid commemoravimus verſionem huius operis ſpanam, a *Johanne de Molina* elaboratam, q in Bibliotheca hiſt. Struvio-Buderiana p. 270 Marinei et Molinae nominibus, ita laudat ut crederes, exſtare librum ſingularem hoc tulo: *Chronica antigua d'Aragon*, en Valen 1524. fol.

Cf. ANTONIO T. I. p. 458.
DE FRANCKENAU p. 191.

Bellugа. PETRI BELLUGAE, *Valentini JCti famoſiſſi* Speculum Principum. Pariſiis 1530. fol. Cu additionibus *Camilli Borrelli*, iuriſconſulti Ne po

Venetiis 1580. fol. *Neapoli* cum iisdem
bus 1580. fol. Denique hac epigraphe
BELLUGAE — Speculum Principum. In
ersa Imperatorum, Regum, Principum,
ublicarum, ac Civitatum, ſubditorum,
nitum, Baronum, Nobilium ac Civium
ficia, dignitates ac mores, *praeſertim Re-*
gnicolarum, varie ac dilucide tractantur. Ex
nonico, Civili, Conſtitutionibus Regum
e, Jurisconſultorum, Hiſtoricorum, Phi-
rum et Politicorum, variarum Curiarum
ibus, praeiudiciis et votis, controver-
paſſim in Congregationibus, Collegiis
que Conventibus accurate reſolutis.
nnibus Jurisconſultis, Politicis, Anti-
caeterisque Curiarum ac Juſtitiae ſequa-
maximè Conſiliariis, Syndicis, ac Pro-
ibus Nobilium, Univerſitatum, Civita-
Exhortatione de Hiſtoria Eccleſiae Hiſpanienſis exordienda, ad Hiſpanos habita in Palatio C. M. Reg. Hiſp. Romae XII Kal. Sept. 1747. p 3. Servata fuit haec gloria Floreſio, qui in hoc opere continuando *Galliam Chriſtianam* et *Italiam ſacram* ante oculos habuiſſe videtur. Non ſolum autem hiſtoria eccleſiaſtica mirum in modum hoc opere ornatur atque augetur, verum etiam civilis. Qua propter non abs re erit nec in reprehenſionem incurremus, ſi notitiam illius paullo uberiorem, qualis adhuc in nullo diario litterario, quantum ſcimus, exſtat, expromamus. Auctor iam a. 1743 in lucem ediderat *Clavem* ſeu introductionem in hiſtoriam et chronologiam univerſam, decem editionibus ſubſequentibus illuſtrem, cuius notitiam tradidimus ſupra Vol. I. P. I. p. 216. (Conferri poteſt *Semperius* in *Enſayo* etc. T. III. p. 63 ſq.) Nunc in limine ſeu primo volumine operis, de quo ſcribimus, Clavem aliam porrigit geographicam, ad curatiorem eiusdem intelligentiam. Nil quidem novi eadem traditur, tamen ſua ſe perſpicuitate commendat. Quum auctor in Hiſpanorum ſuorum gratiam ſcripſit, vaſta hinc orta eſt excurſio in notiſſima geographiae elementa. Tum de praecipuis in coetu Chriſtiano dignitatibus et nominibus, quibus indicantur illae, ſatis copioſe, pro inſtituti ratione, agitur. Praeter generalia, quae Hiſpaniam ipſam non tangunt, Capite XI agitur de Patriarchatu Romano in Hiſpania, quem omni conatu ſuſtinere auctor et oſtendere ſtudet, non tamen capitis eccleſiae, quam potius Patriarchae huius provinciae, partes Papam ſuſtinuiſſe, quando iurisdictionem in ea exercuerit. Capite XII differit de diviſione Hiſpaniae politica. In quatuordecim conventus iuridicos totam Hiſpaniam

olim diviſam fuiſſe cap. XIII docetur. Du
ſubſequentibus exponitur Romanorum Hiſp
et Luſitaniae diviſio ratioque has provincia
miniſtrandi. Baeticam et Luſitaniam fuiſſe
vincias conſulares, reliquas praeſidiales, p
haec Gallaeciam conſularem factam; quam
pellationem Balearibus etiam inſulis conce
fuiſſe: ſed in rebus eccleſiaſticis nec Tin
nam, nec Baleares, ad Hiſpaniam pertin
Subiectus eſt cap. XVI Catalogus Praetorum
Praeſidum Hiſpaniae inde ab a. 39 usque ad
multa diligentia confectus, nec ullibi tam
nus reperiendus, variis etiam notis hiſto
ornatus. Enarrantur ſimul, quae ſub illis
moria digna geſta ſunt, ut bella Cantabrica,
gines urbium, perſecutiones Chriſtianor
Inſcriptiones paſſim inſertae. Appendicis
vetus Notitia Imperii Occidentis et Orie
Hiſpanice verſa datur.

Tomo II, *contiene la chronologia de la Hiſ
antigua deſtos Reynos aplicada a Concilios y R
etc. con algunos inſtrumentos haſta hoy no publi*
En Madrid 1747. *ibid.* 1754. — Declaratur
tur in hoc tomo, cui occaſionem dederunt *O
chronologicas de Don Gaſpar Ibañez de Segovia,
chio de Mondejar*, a. 1744 a Majanſio in lucem
tus liber, vera ratio Aerae Hiſpanicae, a
docetur, ante ſaeculum XII neminem in H
nia annos in hiſtoriis aut annalibus a Chriſti
vitate numeraſſe; nec veritati conſentan
eſſe, tantum ab eius conceptione, non ver
tivitate, computum ſuum inſtituiſſe eccle
primis ſex ſaeculis, quum et ante Bedam et
nyſium Exiguum doctores eccleſiae hoc ulti
fecerint. Quum aera Dionyſiana anno de
532 introducta fuerit, ante illam neceſſario

tivitate locum habuisse; anno demum
am Dionysianam in Synodo Tarraconen-
introductam; extra Tarraconensem usum
punicae usque ad a. 1383 praevaluisse;
am semper Kalendis Januarii incepisse;
:25 Martii; postea Hispanos etiam an-
nationis a Kalendis istis numerasse, et
ologicis rebus vocabula incarnationis
tatis promiscue usurpasse; ipsas inscri-
Majansio, tanquam testes suae senten-
tas, probare contrarium, et errasse
in, qui easdem correxerit, ut suae sen-
verent; idem dicendum esse de annali-
othorum, de annalibus Idacii, Isidori
et aliis pluribus. Fuse probare studet
contra Mondejarium, anno 714, non
ditam per Arabes Hispaniam fuisse *);
in annos regnantis Heraclii sollicite in-
t, quando Musa in Hispaniam venerit,
at. Mortuum esse Ferdinandum I a.
27 Decembris, die Martis, contra Ma-
stendit. Probat porro contra eundem
ejarium, Alphonsum Sapientem regnare
a. 1252 Kalendis Junii, ubi simul de
lphonsinis differit, et monstrat, Syno-
etanam XIV habitam fuisse a. 684, XII
. Ostendit postea, indictionum annos in
, medio aevo, ut Romae a Kalendis Ja-
ncepisse, non a die 24 Septembris, ut
ia. De vocabuli aerae derivatione quae-
rt, et luculenter demonstrat, aeram
8, imperantis Augusti, incepisse, quo
butum, Hispanis impositum, eo anno
perit. Hac data occasione initium chro-

*) Vgl. in Crit. ad a. 710. n. 5 sq. a. 711. n. 8 sqq.

nici Burgenſis illuſtrat, et contra Maj
evincere ſtudet, aerae computum non
demum V, ſed iam antea in Hiſpania fui
tatum, nec a Gothis, infenſiſſimis Roma
hoſtibus, introductum. Partis II Cap. I
nologiam regum Suevicorum in Hiſpania
texit. Simul quaedam de fine imperii Ju
nioris et de aera indictionum affert. Ta
chronologicam adiungit, a Carriarico a
vigildum, Gothum, perductam. Chr
regum Viſigothorum, Vulfae vulgo tri
non Vulfam, nec Julianum Lucam, ſed
nymum et forſan Canonicum quendam
tanum, auctorem habere, ſaltem quod a
cipium attinet, contendit. Chronicon
Viſigothorum nunc integrum exhibetur,
lectionibus et notis editoris illuſtratum.
chronologiam Synodorum, in Hiſpania
rum, ex *J. B. Perezio*, cum notis et Loa
ſuis exhibet, inde a Synodo Eliberitana
usque ad Toletanam XVIII a 702. Subiu
eiusdem Perezii Chronologia regum Goth
cum notis Noſtri. Chronicon *Emanuelis*
tenſis, ineditum antea, cum eiusdem anim
fionibus, ſequentes paginas occupat, qu
cipit Chronicon Principis *Jo. Emanuelis*, n
luſtratum. Triplex appendix finem vol
conſtituit, de uſu cyclorum, de Hegira
bum, de Kalendariis veterum Chriſtianor
Romanorum.

Tomo III, *contiene la predicacion de los*
los en Eſpaña: propagacion de la Chriſtianida
el ſiglo primero etc. ibid. 1748. *ibid.* 1754. –
trum Apoſtolum in Hiſpaniam veniſſe, nu
tione probari poſſe, ingenue auctor fa
Paullum autem in hoc regnum penetraſſe

ılenter probari poſſe credit. Multo minus Jacobo dubitat, licet ipſe Hiſpanus, Roderi-, Archiepiſcopus affirmavit, ſe legiſſe in brerio antiquo Toletano, Jacobum iter quin in Hiſpaniam paraſſe, ſed mortuum eſſe, equam eo pervenerit. Iſidori librum de ortu bitu patrum genuinum eſſe, contra Cennium rit, et ex eodem Jacobi in Hiſpaniam adven evincere ſtudet. De hiſtoria etiam Comtellana, eius auctoritate, fide, et aetate plus agit Floreſius. Pergit deinde, de propaione doctrinae Chriſtianae ſermonem inſtitue.

Alteram huius voluminis partem efficit diſatio hiſtorico-chronologica ampliſſima de anıiſſimo ritu ſacro in Hiſpania, variis appellanibus inſignito, vulgo Officio Muzarabico. l hoc ipſum attentionem excitat, quod ſcirre ſuſtinuit de toto argumento poſt praeclan et valde probatum *Joh. Pinii Tractatum*, quem cat, *praeliminarem hiſtorico-chronologicum de Ligia Mozarabica*, praefixum Tomo VI Julii ctorum Sanctorum Antverpienſium, a. 1729 ito, et contra argumenta *Cajetani Cennii*, qui diſſertationibus antea laudatis adverſus antiitatem et ſinceritatem Miſſae Mozarabum paſm diſputat. Appendix huius tomi offert: 1) fficium Muzarabicum ad Feſtum ſeptem viroım Apoſtolicorum accommodatum, quod Gabus compoſitum fuiſſe, auctor affirmat; 2) Vim ſeptem virorum iſtorum, e Lectionario omplutenſi, cum notis et variis lectionibus;) de Miſſa Apoſtolica locum, e Synodi Aemianenſis actis; 4) Vitam S. Torquati et ſociorum, Cerratenſi; ubi notitia exhibetur, de Roderio Emanuele Cerratenſi, ex Praedicatorum ornę Monacho, medio ſaec. XIII; 5) Epiſtolam

Grego-

Gregorii VII ad reges Hiſpaniae de ſe
Apoſtolicis, et de abrogando officio
co, cum animadverſionibus; 6) Vit
rontii, Epiſcopi Italici, metro adſtri
Vitam S. Petri Ratenſis e Breviario B
8) Vitam SS. Xantippae et Polyxenae,
logio Graecorum; 9) Epiſtolam Leo
translatione corporis S. Jacobi, et pra
diſcipulorum eius, cum aliis huc perti
10) Fragmentum ex hiſtoria Compoſte
dita; 11) Bullam Calixti III, de aedicu
riae de Columna agentem.

Tomo IV, *y ultimo de la Igleſia en*
contiene el Origen y Progreſſo de los Obi
Añadeſe el Chronicon de Idacio nuevament
ibid. 1749. *ibid.* 1756. Originem Epiſc
Hiſpanicorum auctor refert ad ſeptem vi
ſtolicos, de quibus in tomo tertio fu
Attamen fatetur, de primis Epiſcopatib
incertum eſſe rumorem, tum quod nihi
pore litteris conſignatum ſupereſt, tum q
uno ſemper in loco ſedes Epiſcopi perma
cet vero nomen Metropolitanorum non
tur primis temporibus, nec ſedes Prim
in loco fixa fuerit, nec Metropolitanus
in ſubſcriptionibus locum occuparit, no
inde ſequi affirmat, provinciarum eccl
rum nullum prorſus fuiſſe diſcrimen.
demum quinto Metropolitanos in Hiſpan
cedere alios coepiſſe. *Pereyra de Silva* co
Africam primis ſaeculis non niſi una in
ſticis provincia conſtitiſſe: ſed iam medi
lo tertio tres ibi fuiſſe provincias, Afric
conſularem, Numidiam et Mauritaniam,
dem habuiſſe Metropolitanos, Floreſius
ſtrat. Variae tunc Hiſpaniae diviſiones

nae doctiſſime explicantur. In appendice in-
nes Epiſtolam 68 Cypriani ad Presbyterum
plebem Hiſpaniae ob cauſſam Epiſcoporum
lidis et Martialis; 2) Epiſtolam Innocentii III
Petrum, Archiepiſcopum Complutenſem, a.
99 exaratam; 3) Idacium illuſtratum; 4) Chro-
on Idacii minus, antea ineditum; 5) Chroni-
n, Severo Sulpicio adſcriptum, antea haud
um; 6) Faſtos ſic dictos Idacianos, quos ta-
n Idacii eſſe, Noſter negat; 7) Tabulas Olym-
dum, et annorum ab Urbe condita, cum an-
s ante Chriſtum, quibus et Conſules Romani
duntur inde ab a. C. 548.

Tomo V — *ibid.* 1750. *ibid.* 1763 —
Ab hoc inde tomo exponit auctor de ſingulis
ſpaniae Epiſcopatibus eorumque limitibus, po-
lis, montibus, fluviis, aliisque rebus notatu
nis. Initium facit provincia Carthaginienſis,
e hodie Carthagena dicitur. Praefixa eſt ta-
a, qua facies eius antiqua repraeſentatur. Di-
tatur etiam de antiquitate eius et praerogati-
. Illuſtratur hiſtoria Carthagenae antiqua,
n numis vetuſtis ibidem repertis. Appendix
t mappam geographicam illius provinciae ſe-
dum Ptolemaei ſyſtema, cuius contextus
aecus correctus additur. Porro libellus S.
lori de viris illuſtribus, aliaque.

Tomo VI — *ibid.* 1751. *ibid.* 1773. — Prae-
a eſt reſponſio ad obiectiones P. *Mamachi* in li-
o: *Origines et Antiquitates Chriſtianae*, ratione
ventus SS. Pauli et Jacobi in Hiſpaniam, con-
Floreſium motas. Inde progreditur ad in-
irendas origines Toletanae civitatis illuſtran-
mque hiſtoriam celeberrimae iſtius eccleſiae,
praecipue enarrandam Epiſcoporum ſucceſſio-
n. Agitur etiam de Conciliis ibidem celebra-
tis.

[illegible], praeter alia [illegible]
[illegible] Chronici Biclarien[illegible]
[illegible] de Gothis, Vandalis [illegible]
[illegible] regis Vambae, a S. Juli[illegible]
[illegible] Prima vice edita deinde prodi[illegible]
[illegible]ſi, auctore anonymo; [illegible]
[illegible] martyrum Martyrum; [illegible]
[illegible] Biclarienſis, atque Chronicon [illegible]

Tomus VII — *ibid.* 1751. *ibid.* 1776. [illegible]
[illegible] in ſtatum antiquum eccleſiarum [illegible]
[illegible]ae ſuffraganeae erant, nem[illegible]
[illegible] Arcabrigenſis, Baſtienſis ſ. Ba[illegible]
[illegible]ſis, Caſtulanenſis, Compluten[illegible]
[illegible] Elotanae, Ilicitanae, Mentoſan[illegible]
[illegible], atque Oſmenſis. In appendice [illegible]
[illegible]ello Chartae *Siſebuti*, regis Hiſp[illegible]
[illegible] nunquam editae. Additur *Vita vel* [illegible]*ſii*, Viennenſis in Gallia epiſcopi, [illegible]
mum nunc in lucem protracta; unde, qu[illegible]
de hoc epiſcopo perperam narrata ſunt, ſ[illegible]
emendantur.

Tomo VIII — *ibid.* 1752. *ibid.* 1769. [illegible]
fertur ſtatus antiquus reliquarum eccle[illegible]
provinciae, Toletanae, quales ſunt Pall[illegible]
Setabienſis, Seguntina, Valentina, Val[illegible]
Urcitana. Adiungitur *Iſidori Pacenſis* [illegible]
chronicon, in multis emendatum. Ornat[illegible]
tomus tabula aenea, adumbrans aquaed[illegible]
Segovienſem, a Romanis exſtructum.

Tomo IX — *ibid.* 1751. *ibid.* 1776. [illegible]
ſtruitur ſtatus provinciae Baeticae, cum tab[illegible]
deſcriptione geographica. Poſt de eccleſ[illegible]
ſpalenſi, de eius antiquitatibus variis, de f[illegible]
ſionibus epiſcoporum, de Sanctis eiusdem [illegible]
[illegible], de Conciliis caet. diſſeritur. App[illegible]

neter alia ſiſtit tabulam Baeticae geographicam
mente Ptolemaei, cum eius deſcriptione Grae-
tet Latina.

Tomo X — *ibid.* 1753. *ibid.* 1775. — Hi-
ria texitur eccleſiarum Cathedralium provin-
e Baeticae, nimirum Abderenſis, Aſidonen-
. Aſtigitanae atque Cordubenſis. Exponitur
ul ſtatus Chriſtianorum civilis et eccleſiaſti-
in eadem ſub Arabum imperio. In appendice
duntur annales Bertiniani atque hiſtoria Ode-
. Vitalis, quatenus de Hiſpania referunt. Nec
n adiuncta eſt diſſertatio apologetica pro Oſio
rdubenſi, quem adverſus Luciferianorum ca-
nnias defendere, eumque in religione Roma-
-Catholica diem ultimum obiiſſe demonſtrare
duit.

Tomo XI — *ibid.* 1753. *ibid.* 1775 — Pro-
untur in medium vitae illuſtrium aliquot viro-
m eccleſiae Cordubenſis, eorumque ſcripta re-
nſentur, nempe Abbatis *Spera in Deo* dicti, *D.*
centii, *Baſilici*, Presbyteri *Leovigildi*, Archi-
sbyteri Cypriani. Quorum omnium memi-
t *Paullus Alvarus*, cuius vita deſcribitur, eius-
e opera, quae aetatem tulerunt, ſub examen
cantur, atque Latina lingua nunc demum in
cem emittuntur. P. 300 ſqq. res geſtae *Samſonis*
bbatis, qui in vivis eſſe deſiit a. 890, referun-
r. Sequitur eius praefatio ad libros apologe-
os duos, quos piorum hominum rogatu com-
ſuit, cum libris ipſis. Ad calcem adiecta ſunt
igrammata *Cypriani*, Archiepiſcopi Corduben-
. Atque haec omnia primum publici iuris fa-
a ſunt per Floreſium noſtrum.

Tomo XII — *ibid.* 1754. — Epiſcopatuum,
ui Hiſpalenſi metropoli antiquitus ſuffragaban-
r, origines inveſtigantur, inquirituque in ſta-
tum

tis. In appendice, praeter al
va comparet editio Chronic
S. Iſidori hiſtoriae de Goth
atque hiſtoria regis Van
ſcripta. Prima vice ed — I
logia ſaeculi ſexti, au poli eius
Chronicon aerarur ermo hab
Chronici Biclarien Meride
lito.

Tomo VII. enſe ſ. A
quiritur in ſt ani, Epiſco
olim Toleta mis tempore
tanae, Ar
Bigaſtren
nienſis, 1758. —
tenſis, quae geograpl
tur o nis antiquae
ante is, Caurien
Def s, Egitanae,
m nobenſis, Pa
d s, Zamorenſis,
e parueruerunt.
m, Sampirii et

— *ibid.* 1759. — F
provinciam Galla
olin Bracaram ſpec
unt duo egregia
inter Martianum et
in Concilio VI To
eteri eccleſiae Legion
em editum. II. Con
adverſus Acephalo
eccleſiae codice G
tabulam Gallaeciae ge
emaei ſyſtema, cum
, atque ſcripta S. M

renſis, ex codicibus bibliothecae regiae Matri-
nſis Toletanae correcta.

Tomo XVI. — *ibid.* 1762. — Origines, li-
ites, epiſcopi, virique illuſtres eccleſiae Aſtu-
cenſis, adiuncta tabula geographica, exhiben-
ur. P. 366. inſerta ſunt S. Valerii Abbatis opu-
ula anecdota. P. 424. Chartae XLI, nunc pri-
um ex tabulario Aſturicenſi editae, varii argu-
enti. Pars tamen potior donationes ſpectat.

Tomo XVII. — *ibid.* 1763. — Res memo-
u dignae, quae eccleſiae Aurienſis non ſolum
tum antiquum, ſed etiam praeſentem illuſtrant,
dita mappa geographica, indicantur. In quem
em auctor affert chartas ſex ex tabulario Au-
nſi, nunc primum erutas atque communica-
s cum orbe litterario p. 243 ſqq.

Tomo XVIII. — *ibid.* 1764 — Deſcribitur
itonienſis et Dumienſis eccleſiarum in Gallae-
a ſtatus antiquus; quae iam in Midionenſi tan-
m ſede ſubſiſtunt. Monaſterium S. Martini
ncipis, ad dioeceſin iſtam pertinens, nimia
ne diligentia deſcribitur. Eadem elucet e vi-
praeſulum iſtius epiſcopatus. Nec Sanctorum
idionenſium res geſtae negliguntur. Subſe-
ntur Chartae XXXI, antiquae Latinae, antea
n in lucem publicam editae, atque e ſcriniis
eleſiae Legionenſis protractae, quarum vetu-
ſſima annum tangit 775. Vita poſtea S. Ro-
adii epiſcopi fuſe narratur. Adiuncta eſt ta-
la geographica haud contemnenda, ſiſtens par-
m Gallaeciae ſeptentrionalem.

Tomo XIX. — *ibid.* 1765. — Inſunt origi-
s et fata eccleſiae Irienſis et Compoſtellanae,
ue huius quidem inde a ſuis incunabulis ad
ad usque tempus, quo ad archiepiſcopatus di-
nitatem evecta eſt. Plura annexa ſunt moni-

menta ante inedita, quae ad eruendam
rum illustrandam historiam referuntur.
Corunnensis delineatio addita.

Tomo XX. — *ibid.* 1765. — Ineditoria Compostellana, sive de rebus gestis D. Gelmirez, primi Compostellani Archi ubi multa alias incognita de summis Pont Cardinalibus, Episcopis, Conciliis, virisque illustribus ab anno praecipue MCXXXIX memoriae commendantur. opus in libros tres divisum ac Latina ling scriptum paginas 598 implet. Subiun breve Chronicon Irienſe.

Tomo XXI. — *ibid.* 1766. — Tra ecclesia Portucalensi, differiturque de G veteri, eiusque fatis ad recentiora us pora. Repetitur typis Chronicon Alph

Tomo XXII. — *ibid.* 1767. — M tur prima initia oppidi *Tuy*, ac deincep fiae Tudensis fundamenta et fata ad saecu que sextum decimum. Sequuntur app XXI scripturarum ineditarum varii argu

Tomo XXIII. — *ibid.* 1767. — Cont tur monimenta ecclesiae Tudensis, cum storia, addita eiusdem tabula geographica ra postea adducuntur in medium chroni edita tum non inedita, v. c. Chronicon A sianum et Burgense, Annales Complu Chronicon Complutense, annales Comp ni et Toletani.

Tomo XXIV, in duo divisus volumin rum prius *ibid.* 1768, posterius 1769 p Illi inest amplissima dissertatio super Can veteris situ et ambitu diversis temporibus, que fatis. In hoc differitur de antiqui Tarraconensibus, addita mappa geograph

ndum Ptolemaei deſcriptionem; ichnographia ritatis Tarraconenſis atque circi maximi, a manis conſtructi.

Tomo XXV. — *ibid.* 1770. — Provinciae rraconenſis res eccleſiaſticae enarrantur. Ca- t VII potiſſimum cum in Hiſpania tum in Italia ltos homines in ſeſe vertit, quoniam auctor quaeſtionem: Numne provincia Tarraco- nſis usquam ad patrimonium S. Petri pertinue- ? argumentis firmiſſimis negavit, examinando rtas Gregorii VII, e quibus Hugo Candidus, rdinalis, quem quidem candidum facie, niger- ium mente appellavit, affirmationem huius ieſtionis extorquere voluerat.

Tomus XXVI. — *ibid* 1771. — Definitur us antiquus eccleſiarum Auceníis, Vallis- npoſitae, Munionenſis, Saſamonanenſis; agi- vero praecipue de eccleſia Burgenſi. Ad 93 comparet templum Burgenſe, aeri inci- n, aedificiis Gothicis, quae in Germania no- ſplendidiſſima habentur, multo magnificen- s.

Tomo XXVII. — *ibid.* 1772. — In ultimo hoc ho, quem Floreſius elaboraverat, differitur de llegiatis eccleſiis archidioeceſeos Burgenſis, mo ſteriis praecipuis, tam virorum quam virginum, rochiis, atque viris foeminisque ſanctitate illu- bus. Additae ſunt huius generis chartae ali- ot antea ineditae. — Tomos ſequentes, ex- ito adhuc XXVIII, elaboravit, ſchedis Flore- paſſim adhuc ſuffultus, et in lucem edidit EMA- EL RISCO, eiusdem Ordinis Auguſtiniani pro- ciae Caſtellenſis ſocius. Praefationem iam to- XXIV praefixerat, eiusque et ſubſequentium luminum curam in edendo, Floreſio labori- eruditis debilitato, ſuſceperat.



Tomo XXVIII. — *ibid.* 1774. — [illegible] codicum Vaticanorum continetur [illegible] Vincentii, hodie Vicensis, [illegible] una cum appendicibus [illegible] historicis, quasi codice [illegible] Typis inter ea repentur, [illegible] comparent Chronicæ [illegible] nunc a Dacherio et Baluzio edita [illegible] quoque Concilium Narbonense [illegible] vel 28 celebratum.

Tomo XXIX. — *ibid.* 1775. — [illegible] Sanctus antiquus ecclesiæ Barcinonen[illegible] vetus catalogo superiorum eius rectorum, [illegible] geographica, relatione de Comitibus [illegible] Barcinonensibus, et descriptione varior[illegible] monumentorum memorabilium, v. c. pavime[illegible] musiva elaborati, quod in parochia S. M[illegible] adhuc visitur. Nec desunt in appendi[illegible] scripta inedita.

Tomo XXX, *contiene el estado de la San[illegible] de Zaragoça, con algunos documentos re[illegible] tes á los puntos que en el se tratan, y una col[illegible] las Epistolas de S. Braulio, y otras escritas [illegible] Santo por los sugetos mas celebres de su tiempo [illegible] publicados hasta hoy, por la mayor parte. ibi[illegible]* Huic tomo et subsequentibus nomen com[illegible] ris, EMANUELIS RISCO, praefixum.

Tomo XXXI, *contiene las memorias d[illegible] nones ilustres Cesaraugustanos, que florecier[illegible] primeros siglos de la Iglesia: las noticias rene[illegible] á las Iglesias Mazarabes, Literatos, y Re[illegible] zaragoça en los quatro siglos de su cautiverio: y [illegible] del celebre Obispo Tajon hasta hoy no publica[illegible]* 1776.

Tomo XXXII, *La Vasconia. Tratado [illegible] Santas Iglesias de Calahorra, y [illegible]*

*ona; en que ſe eſtablecen todas las antiguedades civi-
concernientes á la religion de las Vaſcones, deſde
tiempos primitivos haſta los Reyes primeros de Na-
rra.* ibid. 1777. — In hoc volumine, prae-
alia, haud vulgaria, opinio communis de
tu Hiſpaniarum primitivo per Celtas ex Gal-
venientes profligatur. Antiquos potius Can-
os veros fuiſſe Hiſpaniae incolas quaſi abori-
es, cum Floreſio et Mohedanis, Cantabriam-
veterem latius, quam vulgo creditur, patuiſ-
auctor contendit. Quum contra hanc ſen-
tiam et contra Floreſium, (in diſſertatione,
ovinciae Tarraconenſi praefixa) ſcriptor ano-
mus publicaſſet libellum hac inſcriptione: *La
ntabria vindicata*; Riſco Floreſium defendit
ripto ſequenti: *el R. P. M. Florez vindicato del
indicador de la Cantabria, D. Hippolito de Ozaeta
Gallaizlegui.* En Madrid 1779. 4.

Tomo XXXIII, *contiene las antiguedades civiles
Eclefiaſticas de Calahorra, y las memorias concer-
ntes de los Obiſpados de Nagera, y Alaba. Aña-
e al fin una breve confutacion de la obra publicada
r el R. P. Fr. Lamberto de Zaragoça, del Orden
Capuchinos, contra el tomo XXX.* ibid. 1781.

Tomo XXXIV, *contiene el eſtado antiguo de la
anta Igleſia exénta de Leon, con varios documentos
ue en el ſe tratan, ſacadas en la mayor parte de ſu
rchivo.* ibid. 1784.

Tomo XXXV, *Memorias de la Santa Igleſia,
exénta de Leon concernientes á los ſiglos XI, XII y
XIII fundadas en eſcrituras, y documentos origina-
es, deſconocidos en la mayor parte haſta allora, y
uy utiles para la hiſtoria de eſta Ciudad, del Reyno
e Leon, y de la Eſpaña en general.* ibid. 1786. 4.
n hoc potiſſimum tomo, ope diplomatum, ma-
nam partem ineditorum, plures difficultates

circa chronologiam regum, episcoporum
ctorum virorum civitatis Legionensis, d
luntur. —— Plura huius operis praef
volumina hucusque nobis non intotuer

Cf. Nova Acta Erud. a. 1751. p. 1-18.
Relationes de libris novis Fasc. XII. p. 388. 4
Götting. gel. Anzeig. a. 1754. p. 1299. 1303.
KLÜPFELII) Nova Bibliotheca ecclesiastica
fis Vol. III. p. 517-536.
SEMPERE l. c. T. III. p. 64-76.

§. II.

Scriptores de archiepiscopatibus et episcop Hispanicis.

ASTORGA.

de Espelta. PETRI AINGO DE ESPELTA (Asturic
dis cathedralis patriae Canonici et in lit
universitate ibidem Professoris theologi
*dacion de la Santa y Cathedral Iglesia de Astor
da, predicacion y martyrio de su primer Obisp
Efrem, discipulo del Apostol Sant-Jago.* En M
1634. 4. — Auctor in hoc eleganti co
tario historico causſam ecclesiae suae tue
suscepit. Praeter alia eidem insertum est
tum Osoriorum, primariorum inter Astu
ses et Gallaecos nobilium, stemma.

Cf. ANTONIO p. 131.
DE FRANCKENAU p. 328 sq.

AVILA.

Cianca. ANTONII CIANCA (Notarii Abulensis) *H
de la vida, invencion, milagros, y translacion
segundo, primer Obispo de Avila, y recopilac
los Obispos sucessores suyos.* En Madrid 1595.

Cf. ANTONIO T. I. p. 86.

BARCELONA.

MATTHAEI AYMERICH, (*Abbatis Hiſpanici*) No- Ay
mina et Acta Epiſcoporum Barcinonenſium, bi-
nis libris comprehenſa, atque ad Hiſtoriae et
Chronologiae rationem revocata. *Barcinonae*
1760. 4. — Opus, precibus Epiſcopi Barci-
nonenſis iſtius temporis eoque fine elaboratum,
ut hiſtoria veterum epiſcoporum, praecipue in
Corbelli Epiſcopologio occurrentium repurgare-
tur. In libri primi parte prima repraeſentantur
Epiſcopi quatuor ſaeculorum priorum usque ad
S. Pacianum. In ſecunda ac tertia parte potiſſi-
mum de S. Severo agitur, et contra Majanſium
probatur, illum fuiſſe Epiſcopum Barcinonen-
ſem. In quarta diſputatur ſuper variis epiſcopis
et martyribus, a Corbello in ſcenam productis,
falſoque a Flavio Dextro confictis. In quinta
parte ſermo inſtituitur de epiſcopis tempore Go-
thorum Arabumque florentium usque ad ſaecu-
lum undecimum. Liber ſecundus, in partes
quatuor diviſus, reliquos epiſcopos usque ad a.
759 comprehendit.

Cf. SEMPERE *Enſayo de una Bibl. Eſp.* T. I. p. 172 ſq.

CADIZ.

PETRI SUAREZ *Hiſtoria de el Obiſpado de Gua-* Sua
ix y Baza. En Madrid 1696. fol.

CORDOVA.

JOHANNIS GOMEZII BRAVO *Catalogo de los* Brav
Obiſpos de Cordova deſde el principio de la Igleſia, haſta
eño de 1236. *I Parte.* En Cordova 1739. 4.

GRANADA.

V. ſupra BERMUDEZ DE PEDRAZA inter topo-
raphos ſ. v. *Granada.*

JAEN.

Rus de la Puerta. FRANCISCI RUS DE LA PUERTA *Hiſtoria Eccleſiaſtica del Reyno y Obiſpado de Jaen: primera parte, que contiene ſus principios y progreſos en la religion Chriſtiana con otras antiguedades, haſta el ſiglo XI.* En Jaen 1634. 4. — Auctor, Beacienſis, in patria litterarum univerſitate philoſophiae Doctor, obtinuit in Eccleſia oppidi *de Boilen*, quod ius in ſacris et eccleſiaſticis rebus a Giennenſi petit, Epiſcopo, Prioris munus, quo annis triginta perfunctus eſt. Opportunam inde occaſionem nactus, diligentiam in hiſtoriam tractus illius ecclesiaſticam illuſtrandam contulit. Altera operis pars ſervari manu ſcripta dicitur in tabulario Ecclesiae Giennenſis. Obiit auctor a. 1649.

Cf. ANTONIO T. I. p. 359.

de Ximena Jurado. MARTINI DE XIMENA JURADO, (nati in oppido *Villanueva de Andaxar* Giennenſis dioeceſeos, Balthaſari de Moſcoſo et Sandoval, Cardinali Praeſulique Toletano a ſecretis, huiusque Metropolitanae eccleſiae Portionarii) *Catalogo de los Obiſpos de las Igleſias Cathedrales de la dioceſis de Jaen, y Anales Eccleſiaſticas de ſu Obiſpado.* En Madrid 1654. fol. — Accurate ſcriptus liber praedicatur. Promiſerat auctor idem Catalogum alterum virorum pietate ac litteris illuſtrium eiusdem dioeceſeos.

Cf. ANTONIO T. II. p. 91.

ORENSE.

Muñoz de la Cueva. FRANCISCI MUÑOZ DE LA CUEVA, *Noticias hiſtoricas de la Santa Igleſia cathedral de Orenſe.* En Madrid 1727. 4.

OSMA.

Laperraez Corvalan. JOHANNIS LAPERRAEZ CORVALAN (Canonici Conchenſis) *Deſcripcion hiſtorica del Obiſpado de Oſma.*

En Madrid 1788. III Tomi in 4 mai. Cum tabb. aen. — Tomo primo, cui praefi- tabula geographica, ineſt hiſtoria Epiſco- Oſmenſis antiqua; ubi multae aliae anti- s illuſtrantur. Adiunctus eſt Epiſcopo- talogus. Secundus exhibet ſtatum recen- , cum relationibus accuratis de ſingulo- Epiſcopatum pertinentium locorum inco- umque numero. Subiunctae ſunt tres tiones, de Numantia, Uxama et Clunia, hnographiis, numis atque inſcriptionibus detectis. Tomus tertius comprehendit enta diplomatica e tabulariis petita. Dili- haud parva huic operi, quo et hiſtoria et phia Hiſpaniae civilis lucem haud exiguam atur, eſt impenſa.

PAMPELONA.

UDENTII DE SANDOVAL) *Catalogo de los* (de Sandoval) Catalogo etc.
, *que ha tenido la ſanta igleſia de Pamplona,* *año deſde ochenta, que fue el primero della el Martyr Fermin, ſu natural Ciudadano. Con un ſumario de los Reyes, que en tiempo de los s Reynaron en Navarra, dando Reyes varones mas Provincias de Eſpaña. Autor deſta Obri- Obiſpo.* En Pamplona 1614. fol.

SARAGOSSA.

HANNIS DE ARRUEGO (Portionarii eccleſiae ralis S. Salvatoris Caeſarauguſtanae) *Cate- iſcopal de Çaragoça en el Templo de San Salva- de la primitiva Igleſia y en el principio de ſu ion.* En Çaragoça 1650. fol. — Lis, mul- r annos pendens et forte hodie adhuc non ortum huic libro dedit. de Arruego.

NTONIO T. I. p. 484.

SEGORBIA.

de Villagra- FRANCISCI DE VILLAGRASA, (Segorb
la. Doctoris utriusque iuris. Domini dynaſtiae
ſa in Catalonia, Commiſſarii Inquiſitioni
lentinae, et Canonici eccleſiae cathedra
eadem civitate) *Antiguedad de la Igleſia Cat
de Segorbe, y Catalogo de ſus Obiſpos.* En V
cia 1664. 4. — Auctor uſus eſt tabulario
dem eccleſiae optimisque hiſtoriae Valer
adminiculis.

Cf. XIMENO T. II. p. 38 ſq.

SEVILLA.

le Quinta- ANTONII DE QUINTANA DUEÑAS (Jel
na Dueñas. Hiſpalenſis † 1651) *Santos de la Ciudad de S
y ſu Arçobiſpado.* En Sevilla 1637. 4.

SIGUENZA.

Portocar- DIDACI SANCTII PORTOCARRERO *Nuevo C
rero. go de los Obiſpos de la ſanta Igleſia de Siguença
logo de ſus mas memorables acciones y de los J
ſeglares mas ſeñalados en el Obiſpado.* En M
1646. 4.

TOLEDO.

le Marieta. JOHANNIS DE MARIETA *Catalogo de tod
Arçobiſpos que a avido en la Santa Igleſia de
do desde S. Eugenio haſta los tiempos de agora.*
Madrid 1600. 4.

aſtejon y DIDACI DE CASTEJON ET FONSECA *Prima
onſeca. la Santa Igleſia de Toledo, ſu origen, ſus m
ſus progreſos en la continua ſerie de Prelados et
fendida contra las impugnaciones de Braga.* En
drid 1645. II Voll. in fol. — Auctor pri
Epiſcopus Lucenois, a cuius eccleſiae vin
abſolutus Talaverenſem Archidiaconatum
nuit, unaque adminiſtrationem Vicariam

E

liſſimae Toletanae ſedis pro Ferdinando, Archiduce Auſtriaco. Quo decedente, Noſter ſuremo Hiſpaniae regimine, hoc eſt, magna Cellae Senatus regii Praefectura fuit ornatus a. 640, tandemque triennio nondum exacto Tuſonenſibus in Aragonia Epiſcopus datus, diem um obiit a. 1655. Haec de auctore *Antonius* T. I. p. 209: de eius vero opere altum ſilentium.

HIERONYMI ROMAN DE LA HIGUERA, *Soc. Jeſu*, Roman la Higue
ypticon Toletanum de Epiſcopis Toletanae ſeis. *Antverpiae* 1640. fol. — Antonius T. I. p. 56 ſq. multa quidem huius auctoris ſcripta reenſet, at omnia tanquam inedita. Lengletus utem epigraphen iſtam nobis ſuggeſſit l. c. T. XIII. p. 368.

ANTONII QUINTANA DUEÑAS *Santos de la Ciu-* Quintán Dueñas.
ad de Toledo, y ſu Arcobiſpado, excelencias de ſu ſanta Igleſia, fieſtas que celebra en ſu iluſtre coro. En Madrid 1651. fol.

Primatus Hiſpaniarum vindicatus, ſive de- Sevillan
enſio Primatus Eccleſiae Toletanae adverſus Memoriale Eccleſiae Hiſpalenſis, Hiſpanice conſcripta a Sacrae Theologiae Doctore, NICASIO EVILLANO, eidemque Primatiali Eccleſiae dica; Latine autem reddita a CAJETANO CENNI, resbytero Piſtorienſi. *Romae* 1729. fol. — Inotuit anno huius ſaeculi viceſimo tertio apud iſpanos libellus, titulo *Memorialis* ab Eccleſia iſpalenſi editus, in quo Primatus Toletanae ccleſiae labefactatur. Quem quum Nicaſius evillanus perlegiſſet, et Toletanae eccleſiae ellum de Primatu indicere animadvertiſſet, pro uius auctoritate arma quaſi ſumenda, et libelum, qui ſe apud multos inſinuaverat, refutandum

dum ſibi exiſtimavit. Atque inde natum eſt opus hoc doctiſſimum, quod, quoniam Hiſpanice ab ipſo auctore ſcriptum et a. 1725 typis mandatum eſt, partim quod eadem uſa fuerat lingua Eccleſia Hiſpalenſis in Memoriali, partim ut, qui rudes litterarum humaniorum priore illius lectione decepti erant, ab erroris opinione removerentur, Latine hunc librum reddidit Cennius, et Romae exſcribendum iterum typis curavit. Ipſa Memorialis iſtius confutatio tribus partibus abſolvitur. In prima ſic verſatur auctor, ut oſtendat, alienum eſſe hoc Memoriale ab Eccleſia Hiſpalenſi. Inde ad cauſſas, quibus haec ſe innixam dicit ad tradendum regi Memoriale ſuum, procedit, earumque et imbecillitatem et falſitatem aperit. Quoniam quoque in Memoriali traditum eſt, Archiepiſcopi nomen ante Barbarorum invaſionem in Occidente, ac ſpeciatim in Hiſpania, inauditum fuiſſe, contrarium variis firmisque hic adſtruitur argumentis. Parte ſecunda, quae caput controverſiae complectitur, teſtimoniorum nube bullisque Pontificum Romanorum probatur, Toletanam Primatiam eſſe antiquiorem invaſione Arabica in Hiſpaniam atque Archiepiſcopos Toletanos iam tempore Gothorum omnia Primatis munia obiiſſe. Pars tertia in eo occupata eſt, ut rationes, quibus Hiſpalenſis Eccleſia innititur, penitus diluantur.

Cf. Ad nova Acta Erud. Supplementa T. I. p. 145-148.

TUY.

Videatur PRUDENTIUS DE SANDOVAL, ſupra inter topographos excitatus.

§. III.

§. III.

Scriptores de tribunali Hiſpanico, quod Inquiſitionem vocant.

De NICOLAI EYMERICI, Ordinis Praedicatorum, Directorio Inquiſitorum, primum Barcinone a. 1503 ac dein ſaepius typis impreſſum, praeeuntibus *Freytagio* (in Analectis litterariis p. 327 ſq.) et *Clemente* (in *Bibl. curieuſe* T. VIII. p. 399 ſqq.) aliisque, copioſe diſſerere poſſemus: ſed hoc loco ſolum nobis ſermo eſt, de ſcriptoribus, qui indolem hiſtoriamque *Hiſpanae* Inquiſitionis explicarunt. Addere tamen liceat, epitomen huius libri exſtare ſic inſcriptam: *Le Manuel des Inquiſiteurs, ou Abrégé du Directorium Inquiſitorum* de Nicolas Eymeric; *on y a joint une courte Hiſtoire de l'Inquiſition de Portugal, tirée de* Louis a Paramo. *à Lisbon* 1762. 12. Eymericus.

REGINALDI MONTANI GONSALVI, (*Monachi Dominicani Hiſpani, caſtra Chriſtianorum Romano-Catholicorum deſerentis, et ad Evangelico-Reformatorum accedentis*) Sanctae Inquiſitionis Hiſpanicae artes aliquot detectae ac palam traductae. *Heidelbergae* 1567. 8. Libellus uti ſummam habet raritatem, ita bene quidem factum, quod eundem ſuo libro, inſcripto: *Hiſpanicae Inquiſitionis ſuretiora* (Ambergae 1611. 8.) inſeruerit perſonatus *Joachimus Urſinus;* ſed et hic haud parvam prae ſe fert raritatem. V. poſtea. Idem valet de verſione *Francogallica*, hoc inſignita titulo: *Relation de l'Inquiſition d'Eſpagne.* S. l. 1568. 8. (quae verſio auctior acchetypo dicitur); nec non de *Theotiſca*, ſic inſcripta: *Entdeckte Ränke und Practiken der Hiſpaniſchen Inquiſition, aus dem Lateiniſchen überſetzt.* Heidelberg 1569. 4. Nec minus de *Belgica*, quae prodiit *Hagae Comit.* 1620. Gonzalez i Gonſalvus.

4. —

4. — Auctorem Reformatum fuiſſe liqu
quantum ex libelli ipſius lectione colligere lic
illorum numero unum, qui circa obitum
li V. Imp. Hiſpali detectis in Eccleſia Roman
vibus erroribus ac ſuperſtitionibus, conve
Deum rectius colentium inſtituerunt, qu
viſſima illa Inquiſitione, a. 1559 Hiſpali et
ciae habita, diſſipatus eſt, obſervante *Limb*
in praefatione ad Hiſt. Inquiſitionis a ſe edit

Cf. (GERDESII) Florilegium librorum rariorum
ſq. ſec. edit. II.

de Paramo. LUDOVICUS DE PARAMO de origine et pro
ſu Officii Sanctae Inquiſitionis, eiusque dign
et utilitate; nec non et Romani Pontificis
ſtate et delegata Inquiſitorum, edicto Fide
ordine iudiciario Sancti Officii. *Matriti* 159
Antverpiae 1614. fol. — Auctor, natus in
do *Borox*, dioeceſeos Toletanae, Archidi
nus et Canonicus eccleſiae Legionenſis, de
apud Siculos Fidei cauſſarum Apoſtolicus I
ſitor, opus illud nutu et auſpiciis Gaſpari
Quiroga, Toletani archiepiſcopi eiusdemqu
neralis per Hiſpaniam atque illi ſubditas pro
cias Inquiſitoris, compoſuit. Laudatur qui
ab Antonio maximopere, propter eruditio
variam et Latinae eloquentiae facultatem, n
vero vel idcirco futilis videtur, quia origi
truculenti iſtius tribunalis ex Paradiſo repe
ſomniat. Riſum teneatis, amici!

Cf. ANTONIO T. II. p. 46.

Urſinus ſ. portius Betinger. Hiſpanicae Inquiſitionis et carnificinae ſe
tiora, ubi praeter illius originem, progre
tyrannicus in fidelium religionis reformatae
feſſorum comprehenſione: Bonorum ſequel
tione; Audientiis varii generis: Teſtium pu
ca

atione et confutatione: Artibus inquirendi aliis tiam ſecretioribus: Captivorum victu et reli-pis ſubſidiis: Carcerum viſitatione: ſententia-um denique publicatione et interpretatione de-ribitur. Exemplis illuſtrioribus tum Marty-um, tum Articulorum et Regularum Inquiſito-arum, in fine adiectis, per JOACHIMUM URSI-UM, *Anti-Jeſuitam*, de Jeſuitis, qui Inquiſi-ionem Hiſpanicam in Germaniam et Bohemiam cinam introducere moliuntur, praefantem. *mbergae* 1611. 8. *Theotiſce* hac inſcriptione: *er tyranniſchen Spaniſchen Inquiſition Heimlichkeiten,* on JOACHIM BERINGER *in Deutſcher Sprache durch enen Druck dem gutherzigen Leſer mitgetheilet.* ld. 1612. 8. — Quis huius libri ſit *editor* nuinus, diſquiſitum olim fuit inter viros do-os, quum *auctor* primarius ſit, uti praefatio in-icat, *Reginaldus Gonſalvus*, de cuius libro mo-o retulimus, cuiusque usque ad p. 270 ſunt mnia, quum deinceps paucula quaedam alia ad-cerit editor, ſub Urſini nomine deliteſcens. nim vero fuerunt, qui *Innocentium Gentiletum*, rum religioni Evangelicae addictiſſimum et iis adverſus Romano-Catholicos editis ſcriptis arum, ſub hoc nomine latere crediderint; de quibus *Placcius* in theatro Pſeudonymorum diſ-erit fol. 612. Cf. *Bayle* in *Diction.* T. II. vocab. *Gentilet.* Non defuerunt etiam, qui *Chriſtianum Beimannum* ſub Urſini nomine latere indicave-int. Sed hos omnes ratio fefellit, quum ſemet pſum a Gentileto, cuius examen Concilii Tri-entini, ſub titulo: *Concilii Tridentini hiſtorica nar-atio et nullitas*, denuo edidit Urſinus, (*Amber-ae* 1615. 8.) diſerte diſtinguat ipſe in praefatio-e eius editionis; atque iam a *Zeltnero* in Hiſto-a Crypto-Socinismi (p. 260) eſt annotatum, ve-

rum *Urſini* nomen fuiſſe *Beer*, ſive, uti ac
de eo diſputat *Joh. Guil. Feuerlinus*, jo
BERINGER, Scholae Ambergenſis Conre
Eccleſiae Paſtor, Reformatae religioni a
circa a. 1610-1620 florens aliisque ſcri
Urſini nomine ficto editis, clarus.

Cf. IOH. WILH. FEUERLIN *Nachricht von*
Urſino oder Beringer, in *Hamburg.* ver
Bibl. p. 1 ſq.
GERDESIUS l. c. p. 290 ſqq.

Copilacion etc. *Copilacion de las inſtrucciones del Ofi*
Santa Inquiſicion. En Madrid 1630. fol.
(v. poſtea REUSS).

a Limborch. Ample quoque de Inquiſitione Hi
ferit PHILIPPUS A LIMBORCH, Theologiae
monſtrantes Profeſſor, in *Hiſtoria In*
Amſtelod. 1692. fol.

Cf. Acta Erud. a. 1693. p. 323-333.

Mém. hiſt. etc (du Pin.) Nec negligendus eſt liber, qui inſcr
Mémoires hiſtoriques pour ſervir à l'hiſtoire de
ſitions. à Cologne (ſ. potius à *Trevoux*)
II Voll. in 12. Repetitus cum aliis eiusd
gumenti in *Hiſtoire des Inquiſitions.* ibid.
II Voll. in 12. Auctor dicitur LUDOVICUS
DU PIN.

Nieto. DAVIDIS NIETO (Judaei Veneti, cuiu
maiores in Hiſpania vel Luſitania vixerun
rectoris Synagogae Londinenſis † 1728)
cias reconditas y poſtumas del procedimiento de
quiſiciones de Eſpaña y Portugal, con ſus preſo
vidas en dos partes, la primera en idioma Port
la ſegunda en Caſtellano, deduzidas de Autor
tholicos, Apoſtolicos, y Romanos eminentes por
dad o por Letras. Obras tan curioſas como in
vas, compiladas y añadidas por un Anonimo.

nca (ſ. potius *Londini*) 1722. 8. — Ma-
i pars Inquiſitionem Luſitanorum de-
nec tamen prorſus deſunt, quae ad
panorum ſpectent.

.rii Bibl. Hebr. Vol. III. p. 204 ſq.

t in hiſtoria ſat ampla Anglice compo- Baker.
iquiſitione, quam *Chriſtianus Fridericus*
Theotiſce reddidit (*Hafniae* 1741. 8.)
ia quoque Inquiſitione multa, licet non
ognita, tradit. *Baumgartenius* in prae-
l verſionem Theotiſcam nil de auctore
ec ſcimus, quisnam ex pluribus eius-
iinis Anglis Bakerus ille fuerit. Dicit
do negligenter ſatis, librum iſtum in
rodiiſſe a. 1736.

LI CHRISTOPHORI PLÜER *Urſprung und* Plüer.
der Inquiſition, beſonders der Spaniſchen;
ingii *Magazin* P. V. p. 69 - 98. (1771).
:unda agit de Inquiſitione Hiſpana.

ICUS MATTHIAS AUGUSTUS CRAMER, Cramer.
es Quedlinburgenſis, elaboravit: *Brie-*
uiſitionsgericht und Ketzerverfolgung in der
Kirche (Lipſiae 1784-1785. II Voll. in
Licet vero hae epiſtolae in univerſum
:ctu ſint indignae, tamen ea, quae de
Inquiſitione traduntur, negligentius
ictata videntur reliquis: certe auctor
on uſus fontibus.

ung der Inſtruktionen des Spaniſchen Inqui- Reuſs et
ichts. Geſammelt auf Befehl des Cardi- Spittler.
Alonſo Manrique, Erzbiſchoff von Sevilla,
al-Inquiſitor von Spanien. Aus dem Spa-
erſetzt von I. D. REUSS (Profeſſore et
:ario Goettingenſi). *Nebſt einem Ent-*
Geſchichte der Spaniſchen Inquiſition von L.

T. SPITTLER (Profeſſore Goettingenſi). *H*
ver 1788. 8. — Verſio libri ante commem
Copilacion caet. eo maioris aeſtimanda, qu
rior archetypum in Germania noſtra er quo
vioris momenti ſint, quae in eo contine
Decem ſunt edicta atque praecepta ſaeculi n
mam partem decimi quinti, partim etiam
ſive potius excerpta ex iisdem ampliſſima
uſum adminiſtrorum inquiſitionis iuſſu ſup
Inquiſitoris elaborata; e quibus potiſſimum
cet, omnes ſuperiores ſcriptores erraſſe,
tribunal iſtud in Hiſpania inde ab origin
unice propter puritatem fidei Romano-Ca
cae tuendam inſtitutum fuerit: reges potius
nime vero monachos Dominicanos, id ere
ad potentiam ſuam et auctoritatem arbitrari
ſubditorum eorumque immunitatum dam
quam latiſſime fieri poſſit, propagandam
extendendam. Subnexuit interpres Theot
deſcriptionem Actus fidei, quem appellan
1784 celebrati, nec non Indicem, quem v
amant, expurgatorium Inquiſitionis Hiſp
a. 1785 evulgatum. Spittlerus in praeſa
copioſa finem iſtum Inquiſitionis in Hiſpani
ſtitutae curatius explicat, ſimulque de Inqui
nis in regno illo origine ac progreſſu doct
differit.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1788. p. 801 ſqq.
Allgem. teut. Bibl. T. XC. p. 492 ſqq.

§. IV.

Scriptores de monaſterio Eſcorialenſi.

ohannes
atinus.

JOHANNIS cognomento LATINI (*patria*
rentibus Aethiopis, educatione Hiſpani, Gramm
artis ſcholae in Granatenſi eccleſia Rectoris) de
guſta regalium corporum ex variis tumuli
un

m regale templum Eſcurialis translatione, at-
llinc in Granatenſe Reginae Joannae, Epi-
nmatum ſive Epitaphiorum libri duo. *Grana-*
576. 4.
ANTONIO T. I. p. 547.

OHANNIS DE HERRERA *Sumario y breve declara-* de Herrera.
de los diſeños y eſtampas de la fabrica de San Lo-
el Real del Eſcurial. En Madrid 1589. 8. —
tor, regius fabricarum magiſter ſub Philip-
, eiusdem Architectus, ut vocant, genere
Metatorque, invenit praefuitque magnifi-
ſſimae Laurentiani coenobii atque palatii ad
riale oppidum fabricae, quam et oculis
um depictam iuxta omnes architecturae pro-
s undecim chartis repraeſentare voluit, ad-
os earum explicationem in libello modo in-
. Mortuus eſt a. 1597.
NTONIO T. I. p. 541 ſq.

ILLI MORIGIAE (Mediolanenſis, ordinis Je- Morigia.
um S. Hieronymi) *Hiſtoria brevi della An-*
ua caſa d'Auſtria, con la vita de tutti gli huo-
i donne di queſto gran ceppo; con la Deſcrit-
ella fabrica del Eſcuriale di Spagna. Bergamo
4.

rrationem de exſtructione monaſterii iſtius de Siguen-
ſimam exhibuit JOSEPHUS DE SIGUENZA, za.
chus Hieronymianus doctiſſimus, in hi-
ordinis ſui, quae inſcribitur: *Hiſtoria de la*
de San Geronimo. En Madrid 1600 - 1605,
in fol. — Integer liber tertius conſecra-
illi narrationi, eam quidem ob cauſſam,
onachi iſti monaſterium, Laurentio mar-
rum, incolunt, et cui auctor ipſe prae-
ue ad mortem ſuam.
TONIO T. I. p. 624 ſq.

Clemens. CLAUDII CLEMENTIS, *Ornacenſis in Co Burgundiae, e Societate Jeſu, regii Profeſſo Collegio imperiali Matritenſi*, Accurata deſcr regiae bibliothecae S. Laurentii Eſcurialis iecta operi, quod inſcribitur: Muſei ſive bi thecae tam privatae quam publicae extructi ſtructio, cura, uſus, Libri IV (*Lugduni* 4 mai.) p. 515-537. — Sterilis quidem; ne pioſa ſatis notitia, tamen haud prorſus temnenda. Picturae quoque bibliothecae ſcribuntur.

Cf. BAUMGARTENII *Nachr. von merkwürdig chern* T. VII. p. 261 ſqq.

Mazzolari. *Le reali grandezze dell' Eſcuriale di Spagn ſcritte dal P.* ILARIO MAZZOLARI, *de Cr Monacho dell ordine di S. Girolamo.* Bologna 16

de los Santos. *Deſcripcion breve del Monaſterio de S. L el Real del Eſcorial. Unica Maravilla del m Fabrica del Prudentiſſimo Rey Philippo Se Aora nuevamente coronada por el catholico Re lippo Quarto el Grande, con la mageſtuoſa obr Capilla inſigne del Pantheon, y traslacion à los Cuerpos reales. Dedicada à quien tan iluſtr te la corona, por el P. F.* FRANCISCO DE LOS TOS, *Lector de Eſcritura ſagrada en el Colegi de la miſma Caſa*, (in ſecunda editione ad *Prior del Convento de San Geronimo de Bornos ſitador General de Caſtilla, y aora actualmente viador General de ſu Orden*). En Madrid 165 Editio auctior, dum caput XII paullo copi redditum duoque capita inde nata ſunt, *ibid.* fol. *ibid.* 1681. fol. *ibid.* 1698. fol. Omne tiones cum XI figg. aen. *Anglice a Gregorio ſon*, Lond. 1760. 4. Cum XII Tabb. aen. — pioſe ſatis quidem omnia expoſita, nec

recto ſenſu veri ac pulchri, ſine artium ele-
rum peritia ſufficiente, nimioque omnia
ſeam usque laudandi impetu. Opus tri-
ſolvitur libris, quorum primus octodecim
ibus (*Diſcurſos*) diviſus, ſiſtit deſcriptio-
berrimam totius aedificii, templi nempe,
bii ipſius, collegii et ſeminarii ſive ſcho-
licae, palatii regii atque bibliothecae. In
o libro, ſectiones ſeptem habente, Pan-
ſive capella ſubterranea, cum ſepulchris
, a Philippo IV addita, exhibetur. Ter-
ſtit narrationem de translatione cadave-
regiorum in capellam iſtam. Adiecta eſt
funebris, hac occaſione a *Johanne de*
da a. 1654 habita, nobis fere ridicula.
hecae deſcriptio ineſt ſectioni XV libri
nec tamen de libris ſermo eſt, ſed potius
ibus et picturis.

amburg. Bibl. hiſt. Cent. VII. p. 60-64.
WINDELII) *Theſaurus bibliothecalis* T. II. p.
sq.
GARTEN l. c. p. 265 ſqq.
Merkwürd. der Garell. Bibl. p. 609 ſqq.

DOVICI DE S. MARIA (Hieronymiani) *Obſa-* de S. Maria.
ada al complimento de los cien años de la Fun-
del Convento de S. Lorenzo el Real de Eſcurial.
drid 1664. fol.
ſcripcion de San Lorenzo de el Eſcorial, por Mendez de
Z DE S. JUAN. En Madrid 1698. fol. min. S. Juan.
gg. aen.
ORE AE XIMENES *Deſcripcion del Eſcorial.* En Ximenes.
d 1764. fol. Cum multis tabulis ae-
Alia Editio praeceſſit, ſed quo anno? ne-

bliotheca Arabico-Hiſpana Eſcurialenſis, Caſiri.
ibrorum omnium MSS. quos Arabice ab

auctoribus, magnam partem Arabe
compositos Bibliotheca Coenobii Esc
complectitur, Recensio et Explanatio
et studio MICHAELIS CASIRI, Syro-M
Presbyteri, S. Theologiae Doctoris,
Bibliotheca; linguarumque Orientalium
pretatione: Caroli III. Regis Opt. Max.
tate atque auspiciis edita. *Tomus prior.*
1760. — *Tomus posterior.* ibid. 1770.
Auctor non solum codices Arabicos ex
theca ista enumerat, et in certas classes
sed etiam eorum formam externam de
aetatem, qua scripti videntur, constituit,
quod haud raro excerpta utilia ex iis
rit. Attamen arte critica non satis
videtur. Plura de hoc opere egregio
raro — nam in bibliopolis non depre
— referre, non est huius loci.

Cf. *Goetting. gel. Anzeig.* a. 1766. p. 1099-1
1777. p. 34-39.
Nova Acta Erud. a. 1768. p. 199-211.
(SPITTLER) in (Meuselii) *Fortgesetzten B*
über die neuesten historischen Schriften. T.
479-489.
DENIS l. c. p. 419 sq.

In itinerariis, quae supra recensuimus
ribus quoque sermo est, modo uberior
brevior, de monasterio Escorialensi eiusq
morabilibus atque magnificentia: sed eor
ctores paene omnes rem suam negligente
runt et haud raro hallucinati sunt ipsiq
saepe contra dicunt. Sic CAIMO (in *Letter*
Vago Italiano T. I. et II) ample quidem sati
de re differuit: multa vero scitu maxime
omisit. ANTONIUS DE LA PUENTE seu
PONZ omnes scriptores hodoeporicos, si

[redacted]

ls accenſere fas ſit, ſuperavit, utpote qui operis praeſtantiſſimi ſecundum inte- ccuratae deſcriptioni memorabilium iſto- onſecravit. Idem tomus conſtituit ſe- 1 verſionis Theotiſcae, a Diezio ſcite tae.

§. V.

Varia.

urgia antiqua Hiſpanica Gothica Iſidoria- Pinius.
zarabica, Toletana mixta, illuſtrata a JO- PINIO. *Romae* 1746. II Tomi in fol. qui conſtituunt partem operum Cardinalis *Mariae Thomaſii*, triennio ante ſex tomis vulgatorum. Nempe tomi primi pri- cum occupat tractatus Pinii cum hoc in- *itu rgia Mozarabica, tractatus hiſtorico-chro- de Liturgia antiqua Hiſpanica mixta; quam* pro *quem*) *ex Hiſpaniae conciliis, Romano- tificum geſtis, Regum Hiſpanorum diploma- que ad praeſens inſtitutum repertis documen- it, digeſſit et illuſtravit* JOANNES PINIUS, *Jeſu Theologus.* Ad verbum recuſum opus, quantum comparatione brevi li- lligere, ex Actis Sanctorum, niſi quod endis typographicis (ut ſunt infinita ſtu- negligentiae in his duobus voluminibus mina) deformatum obſervavimus, qui- ex Antverpienſe exemplum. Porro mercator in exemplis quibusdam hu- in quantum pars eſt operis modo in- tulum, quem poſuimus Piniani operis, verbis: *Romae* 1740. *Typis Hieronymi in Platea Agonali ad vicum Cuſtariae, ſu- ermuiſſu*, ut nempe ſeparatim vendi poſ- 1 diſſimularetur, eſſe partem alterius operis.

operis. Plane autem intolerabile illud e
qui huic mongonio praefuit, adiecit
& p. CXV - CXXX, quae plane ad Pi
non pertinent, *Prolegomena* nempe vel
lam potius Prolegomenon in *Orationa*
rum officiorum Gothico - Hispanum, a Blanch
tum. Induxit auctorem mongonii, qu
pagina CXXX finale ornamentum est et
lum FINIS; cum p. CXIV cultodem, qu
cant officinae, habeat PROlegomena pr
tem. Interest eorum qui bibliothecam
discere illorum hominum ingenia. U
pigeat lectorem narrationis non valde iu
titulum ponemus libri omnium rarissim
excerpta quaedam primam partem ho
legomenon constituunt, non ingratum
rum, qui raros libros nosse vel habere
Ita autem habet: *Breviarium secundum re*
Isidori dictum Mozarabes maxima cum diligen
fectum et emendatum per Reverendum in utr
Doctorem ALFONSUM ORTIZ (vitiose hic
excusum ORTIM), *Canonicum Toletanum,*
sum in regali civitate Toleti iussu Reveren
Christo patris D. Francisci Ximenes, *eius*
tatis Archiepiscopi, impensis nobilis Melchi
ricii Novariensis *per* Magistrum Petrum
bach Alemannum *anno salutis nostrae* 1508
25 *mensis Octobris*. Debemus hanc notit
lationibus de libris novis Fasc. XII. p. 419

de Barrera. DOMINICUS LOPEZIUS DE BARRERA,
phylacii Hispanae legationis in Urbe praefe
C. Advocati de antiquo canonum codice e
Hispanae historica exercitatio duas in pa
visa, quarum altera S. Isidoro Hispalensi
perperam tributus refellitur, altera antiqu
codex ostenditur: *Romae* 1758. 4 mai. —

